B ἐς ξυμβολὴν ἔοικε· ποδήρη δὲ καὶ ὣς τὸν χιτῶνα ἔχει. τὸ δὲ πρόσωπον οὐ τοῖς Ἑλληνικοῖς ἀγάλμασι τῆς Ἀθηνᾶς ἐμφερές ἐστιν, ἀλλ' οἷα παντάπασι τὸ παλαιὸν Αἰγύπτιοι ἐποίουν. Βυζάντιοι δέ φασι τὸ ἄγαλμα τοῦτο Κωνσταντῖνον βασιλέα ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἣ αὐτοῦ ἐπώνυμός ἐστι, κατορύξαντα θέσθαι. ταῦτα μὲν δὴ ὧδέ πη ἔσχεν.

Ἰταλίαν δὲ οὕτω ξύμπασαν, ἣ ἐντὸς κόλπου τοῦ Ἰονίου ἐστὶν, ἄχρι ἔς τε Ῥώμην καὶ Σάμνιον Βελισάριος παρεστήσατο,

5. δοῦναι] δοῦν H. 6. ἠλθέτην L. ἐλθέτην HP. 7. τήν τε] τήν γε HL. Fort. τὴν πόλιν. 12. ἥτις] οὖς HL. ἥτις Hm. 23. Σάμνιον] σάμνον H: illud Hm.

praemium cesserant. Ibidem etiamnum servantur, visendi sane: ut qui non minus palmos tres orbe lunato colligant. Illic insuper cum Anchisae filio Aenea, qui Ilio venerat, Diomedem egisse ferunt, eique ex oraculi praescripto dedisse Palladis simulacrum: quod rapuerat, Ulysse socio, cum ambo Ilium, priusquam a Graecis caperetur, exploratum ivissent. Nam illi postmodum, ut fama est, aegrotanti consultum de morbo Oraculum respondit, nunquam ipsum convaliturum, nisi viro Troiano illam traderet statuam: quae nunc ubi terrarum sit, Romani se scire negant. Eius tantum speciem ostendunt incisam lapidi, et in aede Fortunae hac etiam aetate positam pro aeneo Palladis simulacro, ad exortivum templi latus sub dio stanti. Illa autem imago lapidea habitum refert bellantis, hasta, veluti ad conflictum, protenta. Tunicam talarem habet, nec vultu reddit facta a Graecis Minervae signa; sed iis est plane similis, quae veteres formabant Aegyptii. Palladium Constantinus Aug. (si audimus Byzantios) in foro, cui nomen tribuit suum, defodit. Sed haec hactenus.

Sic Belisarius totam Italiam, quae citra sinum Ionium est, Romam usque et Samnium subegit: quae sunt ultra sinum, usque ad Liburniam,

τοῦ δὲ κόλπου ἐκτὸς ἄχρι ἐς Λιβουρνίαν Κωνσταντιανός, ὥσπερ ἐρρήθη, ἔσχεν. ὅντινα δὲ τρόπον Ἰταλίαν οἰκοῦσιν οἱ ταύτῃ ἄνθρωποι ἐρῶν ἔρχομαι. πέλαγος τὸ Ἀδριατικὸν, ἐκροήν τινα πόῤῥω που τῆς ἠπείρου ἐκβάλλον, ποιεῖται τὸν Ἰόνιον κόλπον, C οὐδὲν ὁμοίως τοῖς ἄλλοις χωρίοις, ἔνθα δὴ τελευτῶσα τῆς θαλάσσης ἡ ἐς τὴν ἤπειρον ἀνάβασις Ἰσθμὸν ποιεῖται. ὅ τε γὰρ Κρισαῖος καλούμενος κόλπος, ἀπολήγων ἐς τὸ Λέχαιον, ἵνα δὴ Κορινθίων ἡ πόλις ἐστὶν, ἐν μέτρῳ τεσσαράκοντα σταδίων μάλιστα, ποιεῖται τὸν ταύτῃ Ἰσθμόν. καὶ ὁ ἀφ' Ἑλλησπόντου κόλπος, ὃν Μέλανα καλοῦσιν, οὐ πλέον, ἀλλὰ κατὰ τοῦτο τὸ μέτρον ἀποτελεῖ τὸν ἐν Χεῤῥονήσῳ Ἰσθμόν. ἐκ δὲ Ῥαβέννης πόλεως, οὗ δὴ τελευτᾷ ὁ Ἰόνιος κόλπος, ἐς θάλασσαν τὴν Τυῤῥηνικὴν οὐχ ἧσσον ἢ ὀκτὼ ὁδὸς ἡμερῶν εὐζώνῳ ἀνδρί ἐστιν. αἴ- H 190 τιον δὲ ὅτι προϊοῦσα ἡ τῆς θαλάσσης ἐπιῤῥοὴ ἐν δεξιᾷ ἐπὶ πλεῖ- D στον ἐς ἀεὶ φέρεται. τούτου δὲ τοῦ κόλπου ἐντὸς πόλισμα πρῶτον ὁ Δρυοῦς οἰκεῖται, ὅπερ τανῦν Ὑδροῦς καλεῖται. τούτου ἐν δεξιᾷ μὲν Καλαβροί τε καὶ Ἀπούλιοι καὶ Σαμνῖταί εἰσι, καὶ αὐτῶν ἐχόμενοι Πικηνοὶ ἄχρι ἐς Ῥάβενναν πόλιν ᾤκηνται. ἐπὶ θάτερα δὲ Καλαβρῶν τε μοῖρα ἡ λειπομένη ἐστὶ καὶ Βρέττιοί τε καὶ Λευκανοὶ, μεθ' οὓς Καμπανοὶ ἄχρι ἐς Ταρακήνην πόλιν οἰκοῦσιν, οὓς δὴ οἱ Ῥώμης ὅροι ἐκδέχονται. ταῦτα τὰ ἔθνη ἑκατέρας τῆς θαλάσσης τὴν ᾐόνα καὶ τὰ ἐκείνῃ μεσόγεια ξύμπαντα

14. προϊοῦσα] Fort. προϊοῦσι. Classen. 16. ὁ Δρυοῦς] ὁδρυοῦς H. Ὑδροῦς L corr. et Grotius. ibid. Ὑδροῦς] Δρυοῦς Grotius. 19. βρέττιοι L corr. et Hm. Βρίττιοι HP. 22. ἑκατέρας τῆς L. ἑκατέρας τε H. ἑκατέρας P. ibid. ᾐόνα] ἠϊόνα P.

Constantianus, ut dixi, recepit. Nunc eorum, qui Italiam incolunt, exponere situm aggredior. Adriaticum pelagus in longum continentis recessum sese effundens, Sinum Ionium efficit, haud tamen ut in aliis locis, in quibus maris procursus finitur Isthmo. Nam et Sinus, quem appellant Crisaeum, ad Lechaeum desinens, ubi est urbs Corinthus, Isthmum ibi facit, stadiis ad summum XL. latum. Et sinus alter, qui excipit Hellespontum, ac Melas (id es, Niger) dicitur, haud maiori, sed pari spatio Cherronesum in Isthmum cogit. Ab urbe autem Ravenna, ubi sinus Ionius terminatur, ad mare Tyrrhenicum viro expedito non minus dierum octo iter est: propterea quod ita progreditur infusum mare, ut constanter ad dexteram spatietur. Citra hunc sinum incolitur primum oppidum Dryus, hodie vulgo Hydrus: a cuius dextera sunt Calabri, Apuli et Samnites: hos Picentes excipiunt; quorum sedes Ravennam usque pertinent. A laeva est pars altera Calabriae, Brutii, Lucani: post quos habitant Campani, usque ad urbem Tarracinam: succedunt his agri Romani fines. Hi populi maris utriusque littora ac mediterraneas omnes pla-

ἔχουσιν. αὕτη τέ ἐστιν ἡ μεγάλη Ἑλλὰς καλουμένη τὰ πρότερα. ἐν Βρεττίοις γὰρ Λοκροί τέ εἰσιν οἱ Ἐπιζεφύριοι καὶ Κροτωνιᾶται καὶ Θούριοι. τοῦ δὲ κόλπου ἐκτὸς πρῶτοι μὲν Ἕλληνές εἰσιν, Ἠπειρῶται καλούμενοι, ἄχρι Ἐπιδάμνου πόλεως, ἥπερ P 351 ἐπιθαλασσία οἰκεῖται. καὶ ταύτης μὲν ἐχομένη Πρέκαλις ἡ χώρα ἐστὶ, μεθ᾽ ἣν Δαλματία ἐπικαλεῖται, καὶ τὸ τῆς ἑσπερίας λελόγισται κράτος. τὸ δ᾽ ἐντεῦθεν Λιβουρνία τε καὶ Ἰστρία καὶ Βενετίων ἡ χώρα ἐστὶ μέχρι ἐς Ῥάβενναν πόλιν διήκουσα. οὗτοι μὲν ἐπιθαλάσσιοι ταύτῃ ᾤκηνται. ὕπερθε δὲ αὐτῶν Σίσκιοί τε καὶ Σουάβοι (οὐχ οἱ Φράγγων κατήκοοι, ἀλλὰ παρὰ τούτους ἕτεροι) χώραν τὴν μεσόγειον ἔχουσι. καὶ ὑπὲρ τούτους Κάρνιοί τε καὶ Νουρικοὶ ἵδρυνται. τούτων δὲ Δᾶκαί τε καὶ Πάννονες ἐν δεξιᾷ οἰκοῦσιν, οἳ ἄλλα τε χωρία καὶ Σιγγηδόνα καὶ Σίρμιον ἔχουσιν, ἄχρι ἐς ποταμὸν Ἴστρον διήκοντες. τούτων μὲν B δὴ τῶν ἐθνῶν Γότθοι κόλπου τοῦ Ἰονίου ἐκτὸς κατ᾽ ἀρχὰς τοῦδε τοῦ πολέμου ἦρχον, ὑπὲρ δὲ Ῥαβέννης πόλεως Πάδου τοῦ ποταμοῦ ἐν ἀριστερᾷ Λιγούριοι ᾤκηνται. καὶ αὐτῶν τὰ μὲν πρὸς βορρᾶν ἄνεμον Ἀλβανοὶ ἐν χώρᾳ ὑπερφυῶς ἀγαθῇ Λαγγούβιλλα καλουμένῃ οἰκοῦσι. τούτων δὲ πρὸς ἑσπέραν Γάλλοι τε καὶ μετ᾽ ἐκείνους Ἱσπανοὶ ἔχουσι. τοῦ δὲ Πάδου ἐν δεξιᾷ Αἰμιλία τέ ἐστι καὶ τὰ Τούσκων ἔθνη, ἄχρι καὶ ἐς τοὺς Ῥώμης ὅρους διήκοντα. ταῦτα μὲν δὴ ὧδέ πως ἔχει.

1. τὰ πρότερα om. L. 2. βρεττίοις L corr. et Hm. Βρεττίοις HP. 5. οἰκεῖται] κεῖται L. ibid. πρέβαλις Vat. Πρέκαλις P. 10. τούτους] Vulgo τούτοις. 13. Σιγγηδόνα καὶ Σίρμιον] Vulgo Σιγγιδόνων καὶ Σιρμίων (σερμίων HL). Correctum ex vol. I. p. 813, 9.

gas interiacentes habent: eaque est quae prius Magna Graecia dicebatur. Et vero sunt in agro Brutio Locri Epizephyrii, Crotoniatae, ac Thurii. Trans sinum Graeci, Epirotae dicti, primum locum obtinent, ad urbem usque maritimam Epidamnum. Hinc se aperit Prebalis regio; sequitur cui Dalmatiae nomen est, et quae cum ipsa Occidentalis Imperii finibus comprehenduntur, proxima Liburnia, huic Istria, deinde regio Venetorum ad Ravennam urbem porrecta. Atque hi sunt maris accolae: supra quos Siscii et Suabi, non illi, qui Francis parent, sed ab iis diversi, interiores terrae tractus obtinent. Ultra hos Carnii siti sunt Noricique: ad quorum dexteram Dacae et Pannones habitant, suisque in urbibus Singidonum ac Sirmium numerant, ad Istrum fluv. evadentes. Illis nationibus Gotthi trans Ionium sinum belli huius initio imperabant. Ultra Ravennam, a parte laeva fluminis Padi, degunt Ligures, et ad eorum latus Aquilonare Albani in perbona regione, quam Langivillam vocant: ad Occasum Galli ac deinde Hispani. A parte dextera habet Padus Aemiliam et Tuscos ad Romae usque confinia. Atque haec ita se habent.

ιϛʹ. Βελισάριος δὲ τὰ Ῥώμης ὅρια κύκλῳ ἅπαντα μέχρι C V 31 ἐς ποταμὸν Τίβεριν καταλαβὼν ἐκρατύνατο. καὶ ἐπειδή οἱ ἅπαντα ὡς ἄριστα εἶχε, πολλοὺς τῶν αὐτοῦ ὑπασπιστῶν ξὺν δορυφόροις ἄλλοις τε καὶ Ζαντῆρι καὶ Χορσομάνῳ καὶ Αἰσχμάνῳ τοῖς Μασσαγέταις καὶ στρατιὰν ἄλλην Κωνσταντίνῳ ἔδωκεν, ἔς τε Τουσκίαν ἐκέλευεν ἰέναι, ἐφ᾽ ᾧ παραστήσεται τὰ ἐκείνῃ χωρία. καὶ Βέσσαν ἐπήγγελλε καταλαβεῖν Ναρνίαν, πόλιν ἐχυρὰν μάλιστα ἐν Τούσκοις οὖσαν. ὁ δὲ Βέσσας οὗτος Γότθος μὲν ἦν γένος τῶν ἐκ παλαιοῦ ἐν Θρᾴκῃ ᾠκημένων, Θευδερίχῳ τε οὐκ ἐπισπομένων, ἡνίκα ἐνθένδε ἐς Ἰταλίαν ἐπῆγε τὸν Γότθων λεών, δραστήριος δὲ καὶ ἀγαθὸς τὰ πολέμια. D στρατηγός τε γὰρ ἦν ἄριστος καὶ αὐτουργὸς δεξιός. καὶ Βέσσας μὲν οὔ τι ἀκουσίων τῶν οἰκητόρων Ναρνίαν ἔσχε, Κωνσταντῖνος δὲ Σπολίτιόν τε καὶ Περυσίαν καὶ ἄλλα ἄττα πολίσματα παρεστήσατο οὐδενὶ πόνῳ. ἐθελούσιοι γὰρ αὐτὸν ταῖς πόλεσι Τοῦσκοι ἐδέχοντο. φρουρὰν οὖν ἐν Σπολιτίῳ καταστησάμενος αὐτὸς ξὺν τῷ ἄλλῳ στρατῷ ἐν Περυσίᾳ τῇ Τούσκων πρώτῃ ἡσύχαζεν. Οὐίττιγις δὲ ταῦτα ἀκούσας στρατιάν τε καὶ ἄρχοντας Οὐνίλαν τε καὶ Πίτζαν ἐπ᾽ αὐτοὺς P 352 ἔπεμπεν. οἷς Κωνσταντῖνος ὑπαντιάσας ἐν τῷ Περυσίας προαστείῳ ἐς χεῖρας ἦλθε. πλήθει δὲ τῶν βαρβάρων ὑπεραιρόντων ἀγχώμαλος μὲν τὰ πρῶτα ἐγεγόνει ἡ μάχη, μετὰ δὲ Ῥωμαῖοι τῇ

6. παραστήσεται] παραστήσηται L. 7. ἐπήγγελλε] ἐπήγγελε P. ibid. Ναρνίαν] ἀρνίαν L. 9. ἐπισπομένων] ἐπισπομένῳ H. ἐπισχομένῳ L. 12. οὔ τι] οὔτοι HL. 13. „Κωνσταντῖνος] κωνσταντιανὸς Reg. male; erat enim Constantianus in Dalmatia, ut ex hoc ipso capite patet.“ Malt. ibid. Σπολίτιον] σπολίτιαν HL. 18. πίτζαν Reg. Vulgo Πίσσαν.

16. Belisarius fines omnes Romae circumpositos usque ad fluv. Tiberin complexus, eos munivit. Atque ubi cuncta recte disposuit, validam scutariorum suorum manum, cum stipatoribus hastatis, inter quos erant Zanter, Chorsomanus, et Aeschmannus Massagetae, aliasque Constantino copias dedit, et eo consilio misit illum in Tusciam, ut eam subigeret. Bessae, uti Narniam, urbem Tusciae munitissimam, occuparet, iniunxit. Erat hic Bessas natione Gotthus, ex eorum stirpe, qui in Thracia iamdiu habitabant, nec Theodericum secuti fuerant inde Gotthos in Italiam ducentem. Animo impigro ac bellica virtute praeditus, optime ductabat milites, et res dextere per se ipse agebat. Is quidem Narniam, civibus non invitis, obtinuit. Constantinus vero Spoletium, Perusiam et alia quaedam oppida nullo negotio recepit, Tuscis eum sponte in suas urbes accipientibus. Praesidio Spoletii constituto, Perusiae, quae urbs princeps Tuscorum est, cum exercitu sese tenuit. Vitigis, his auditis, adversus illos exercitum, Unila ac Pissa Ducibus, destinat. Obviam fit Constantinus, et in Perusiae suburbano congreditur. Superioribus numero Barbaris, anceps pugnae primordium fuit. Virtute postmo-

σφῶν ἀρετῇ καθυπέρτεροι γεγενημένοι τοὺς πολεμίους ἐτρέψαντο,
φεύγοντάς τε οὐδενὶ κόσμῳ σχεδόν τι ἅπαντας ἔκτεινον. καὶ
ζῶντας ἑλόντες τοὺς τῶν πολεμίων ἄρχοντας παρὰ Βελισάριον
ἔπεμψαν. ἐπεὶ δὲ ταῦτα Οὐίττιγις ἤκουσεν, ἡσυχάζειν ἐπὶ Ῥα-
βέννης οὐκ ἔτι ἤθελεν, οὗ δὴ αὐτῷ Μαρκίας τε καὶ οἱ ξὺν αὐτῷ
οὔπω ἐκ Γαλλίας ἥκοντες ἐμπόδιοι ἦσαν. ἐς μὲν οὖν Δαλμα-
B τίαν στρατιάν τε πολλὴν καὶ ἄρχοντας Ἀσινάριόν τε καὶ Οὐλιγί-
σαλον ἔπεμψεν, ἐφ᾽ ᾧ Δαλματίαν τῇ Γότθων ἀρχῇ ἀνασώσαι.
καὶ αὐτοῖς ἐπέστελλεν ἐκ τῶν ἀμφὶ Σουαβίαν χωρίων στράτευμα
ἑταιρισαμένοις τῶν ταύτῃ βαρβάρων οὕτω δὴ εὐθὺ Δαλματίας
τε καὶ Σαλώνων ἰέναι. ξὺν αὐτοῖς δὲ καὶ μακρὰ πλοῖα πολλὰ
ἔπεμψεν, ὅπως Σάλωνας κατὰ γῆν τε καὶ θάλασσαν πολιορκεῖν
H 191 οἷοί τε ὦσιν. αὐτὸς δὲ τῷ παντὶ στρατῷ ἐπὶ Βελισάριόν τε καὶ
Ῥώμην ἰέναι ἠπείγετο, ἱππέας τε καὶ πεζοὺς οὐχ ἧσσον ἢ μυριά-
δας πεντεκαίδεκα ἐπαγόμενος, καὶ αὐτῶν τεθωρακισμένοι ξὺν
τοῖς ἵπποις οἱ πλεῖστοι ἦσαν.

C Ἀσινάριος μὲν οὖν ἀμφὶ τὴν Σουαβίαν γενόμενος τὸ τῶν
βαρβάρων στράτευμα ἤγειρε, μόνος δὲ Οὐλιγίσαλος Γότθοις ἐς
Λιβουρνίαν ἡγήσατο. καὶ σφίσι Ῥωμαίων ἐν χωρίῳ Σκάρδωνι
ἐς χεῖρας ἐλθόντων ἡσσηθέντες τῇ μάχῃ ἀνεχώρησαν εἰς Βοῦρνον
πόλιν. ἐνταῦθά τε τὸν ξυνάρχοντα ἀνέμενεν Οὐλιγίσαλος. Κων-
σταντιανὸς δέ, ἐπεὶ τὴν Ἀσιναρίου παρασκευὴν ἤκουσε, δείσας

5. δὴ αὐτῷ Grotius et Maltretus in annot. Libri δὴ αὐτόν. δὴ πρὸς αὐτὸν Maltretus in textu. 6. ἐκ om. HL. ibid. γαλλίας Reg. γαλλίαν HP. 8. ἀνασῶσαι Reg. ἀνασώσηται L. ἀνασώσητον HP.

dum sua victores Romani, hostes fundunt, atque incomposite fugientes ad internecionem fere caedunt. Cum Duces eorum cepissent vivos, miserunt ad Belisarium. Qua de re factus certior Vitigis, Ravennae diutius sedere noluit; ubi tenebatur expectatione Marciae, qui nondum e Gallia cum suis advenerat. Itaque Asinarium et Uligisalum magno cum exercitu in Dalmatiam expedit, ut illam ad ditionem Gotthicam revocent, iubetque, cum ex Suabia Barbarorum indigenarum copias asciverint, recta Dalmatiam ac Salonas petere. Cum iisdem longas naves misit complures, quo Salonas terra ac mari obsidere possent. Ipse cum omni exercitu Belisarium versus ac Romam properat, non minus centum et quinquaginta millia equitum ac peditum ducens: plerique cum ipsis equis loricati erant.

Dum apud Suabiam Asinarius Barbarorum exercitum conscribit, solus Uligisalus Gotthos in Liburniam ducit. Hi facto cum Romanis ad Scardonem oppidum praelio victi, urbem Burnum repetierunt: ubi collegam suum Uligisalus expectavit. Constantianus, apparatu Asinarii co-

περὶ Σάλωσι, στρατιώτας μετεπέμψατο, οἳ ξύμπαντα τὰ ἐκείνῃ φρούρια εἶχον. καὶ τάφρον τε ἀμφὶ τὸν περίβολον ἅπαντα ὤρυσσε κύκλῳ καὶ τὰ ἄλλα ἐς τὴν πολιορκίαν ὡς ἄριστα ἐξηρτύετο. Ἀσινάριος δὲ πάμπολύ τι στράτευμα βαρβάρων ἀγείρας ἐς Βοῦρνον πόλιν ἀφίκετο. ἔνθα δὴ Οὐλιγισάλῳ τε καὶ τῇ Γότθων στρατιᾷ ξυμμίξας ἐς Σάλωνας ἦλθε. καὶ χαράκωμα μὲν ἀμφὶ τὸν D περίβολον ἐποιήσαντο, τὰ δὲ πλοῖα στρατιωτῶν ἐμπλησάμενοι τοῦ περιβόλου τὸ ἐπιθαλάσσιον μέρος ἐφρούρουν. οὕτω τε Σάλωνας κατὰ γῆν τε καὶ κατὰ θάλασσαν ἐπολιόρκουν. Ῥωμαῖοι δὲ ταῖς τῶν πολεμίων ναυσὶν ἐξαπιναίως ἐπιθέμενοι ἐς φυγὴν τρέπουσι καὶ αὐτῶν πολλὰς μὲν αὐτοῖς ἀνδράσι καταδύουσι, πολ- V 82 λὰς δὲ ἀνδρῶν κενὰς εἷλον. οὐ μέντοι τὴν προσεδρείαν Γότθοι διέλυσαν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἐν τῇ πόλει Ῥωμαίους κατὰ κράτος πολιορκοῦντες εἷρξαν. τὰ μὲν οὖν στρατόπεδα Ῥωμαίων τε καὶ Γότθων ἐν Δαλματίαις ἐφέρετο τῇδε. Οὐιτίγιδι δὲ πρὸς τῶν ἐπιχωρίων ἐκ Ῥώμης ἡκόντων ἀκούσαντι τὸ ξὺν Βελισαρίῳ στράτευμα βαρύτατον εἶναι, Ῥώμης τε ὑποκεχωρηκότι μετέμελε καὶ μένειν ἐν τοῖς καθεστῶσιν οὐκ ἔτι ἠδύνατο, ἀλλὰ θυμῷ ἤδη ἐχόμενος ἐπ' αὐτοὺς ᾔει. καὶ οἱ ἐν αὐτῇ τῇ πορείᾳ τῶν τις ἱερέων P 353 ἐκ Ῥώμης ἥκων ἐνέτυχεν. οὗ δὴ ξὺν θορύβῳ πολλῷ πυθέσθαι φασὶν Οὐίττιγιν εἰ Βελισάριος ἔτι ἐν Ῥώμῃ εἴη, ἅτε δείσαντα μὴ οὐχὶ αὐτὸν καταλαμβάνειν οἷός τε ᾖ, ἀλλὰ φθάσει ἀποδρὰς ἐνθένδε· καὶ αὐτὸν εἰπεῖν ἥκιστά οἱ χρῆναι τοῦτο ἐν φροντίδι εἶ-

4. τι] Vulgo τε. *ibid.* ἐς Β.] εἰς β. L. 17. βαρύτατον] βραχύτατον Grotius. 19. ἱερέων om. L.

gnito, Salonis timens, milites, qui omnia regionis illius castella obtinebant, accivit; muros fossa cinxit perpetua caeteraque ad obsidionem ferendam necessaria diligentissime expedivit. Asinarius, collectis Barbarorum ingentibus copiis, ad urbem Burnum pervenit. Ibi iunctis cum Uligisalo Gotthorumque exercitu viribus, Salonas sese contulit. Mox ducto vallo clausere moenia, atque horum parti maritimae plenas militibus naves opposuerunt; itaque terra ac mari obsederunt Salonas. Romani vero repentino impetu fugata hostium classe, naves multas submersere cum viris; multas cepere vacuas. Nec tamen Gotthi obsidionem solverunt: immo vero Romanos intentiori oppugnatione intra muros coërcuere. Ita Romani et Gotthi in Dalmatia rem armis gerebant. At Vitigis, cum ex indigenis, qui Roma veniebant, audiret, exercitum Belisarii molestissimum esse, ipsum sui ex urbe discessus poenitebat, nec poterat mente consistere: sed ira captus contra pergebat. In itinere obvium nactus Sacerdotem quemdam Roma profectum, dicitur interrogasse contentius, utrum adhuc esset Belisarius Romae? quasi vereretur ut Belisarium posset assequi, ac ne is inde se proripuisset. Hac parte Vitigin

ναι. καὶ αὐτὸν γάρ οἱ ἀναδέχεσθαι μήποτε Βελισάριον δρασμῷ χρήσασθαι, ἀλλ' αὐτοῦ μένειν. καὶ τὸν ἔτι ἐπείγεσθαι μᾶλλον ἢ πρότερον, εὐξάμενον ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς τὸ Ῥώμης θεάσασθαι τεῖχος πρότερον ἢ Βελισάριον ἐνθένδε ἀποδρᾶναι.

B ιζ΄. Βελισάριος δὲ, ἐπεὶ Γότθους πανδημεὶ στρατεύεσθαι ἐπ' αὐτὸν ἤκουσε, διηπορεῖτο. οὔτε γὰρ τοὺς ἀμφὶ Κωνσταντῖνόν τε καὶ Βέσσαν ἀπολείπεσθαι ἤθελεν, ἄλλως τε καὶ ὀλίγης οἱ τῆς στρατιᾶς παντάπασιν οὔσης, καὶ τὰ ἐν Τούσκοις ἐκλιπεῖν ὀχυρώματα ἐδόκει οἱ ἀξύμφορον εἶναι, ὅπως δὴ μὴ ταῦτα ἐπὶ Ῥωμαίους Γότθοι ἐπιτειχίσματα ἔχοιεν. λογισάμενος οὖν Κωνσταντίνῳ τε καὶ Βέσσᾳ ἐπέστειλε φρουρὰν μὲν ἐν τοῖς ἀναγκαιοτάτοις τῶν ἐκείνῃ ἀπολιπεῖν χωρίων, ὅση δὴ φυλάσσειν αὐτὰ

C ἱκανὴ εἴη, αὐτοὺς δὲ τῷ ἄλλῳ στρατῷ ἐς Ῥώμην κατὰ τάχος ἰέναι. καὶ Κωνσταντῖνος μὲν κατὰ ταῦτα ἐποίει. ἔν τε γὰρ Περυσίᾳ καὶ Σπολιτίῳ φρουρὰν καταστησάμενος ξὺν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἐς Ῥώμην ἀπήλαυνε. Βέσσα δὲ σχολαίτερον τὰ ἐν Ναρνίᾳ καθισταμένου ξυνέπεσε τὴν δίοδον ἐνθένδε ποιουμένων τῶν πολεμίων ἔμπλεα Γότθων τὰ ἐν τῷ προαστείῳ πεδία εἶναι. πρόδρομοι δὲ οὗτοι πρὸ τῆς ἄλλης στρατιᾶς ἦσαν· οἷς δὴ Βέσσας ἐς χεῖρας ἐλθὼν τούς τε κατ' αὐτὸν παρὰ δόξαν ἐτρέψατο καὶ πολλοὺς κτείνας, ἐπειδὴ τῷ πλήθει ἐβιάζετο, ἐς Ναρνίαν ἀνεχώρη-

D σεν. ἐνταῦθά τε φρουροὺς ἀπολιπὼν, καθάπερ οἱ ἐπέστειλε

6. Κωνσταντῖνον] κωνσταντιανόν HL. Et sic Pers. ter deinceps. 10. Ῥωμαίους] ῥωμαίοις L. ibid. Κωνσταντίνῳ] κωνσταντιανῷ HL. 14. Κωνσταντῖνος] κωνσταντιανὸς HL. 21. ἀνεχώρησεν] ἐχώρησεν L.

securum esse Sacerdos iubet, pro certo affirmans, nunquam fugere Belisarium, sed tenere, quem habet, locum. Instat acrius Vitigis, aperte optans muros Romae prius videre, quam Belisarius illinc aufugeret.

17. Ubi Gotthorum copiis omnibus peti se Belisarius cognovit, aestuare dubitatione coepit. Nam ut cohortibus, quas Constantinus et Bessas ducebant, carere nollet, suadebat inprimis paucitas militum, quos secum habebat. Rursus non expedire censebat, praesidia ex munitis Tusciae locis deducere; ne inde Gotthi Romanos oppugnaret. Re bene explorata, Constantino ac Bessae mandavit, ut idoneo praesidio in regionis illius locis, quae maximi momenti essent, relicto, confestim ipsi cum reliquo exercitu Romam venirent. Dicto audiens Constantinus, Perusiae et Spoletii collocatis praesidiis, Romam cum reliquis omnibus iter celerat. At Narniae dum res Bessas lentius digerit, Gotthi illac iter habentes, agrum suburbanum implent. Hi sequentis exercitus praecursores erant: quos adortus Bessas, sibi oppositos, praeter opinionem, in fugam vertit, multisque caesis, cum ab ingruente multitudine premeretur, Narniam sese retulit. Ibi relicto praesidio, Romam, uti iusserat Belisarius,

Βελισάριος, ἐς Ῥώμην κατὰ τάχος ἥει καὶ παρέσεσθαι τότε ὅσον οὔπω τοὺς πολεμίους ἀπήγγειλε. Ῥώμης γὰρ Ναρνία πεντήκοντα καὶ τριακοσίοις σταδίοις διέχει. Οὐίττιγις δὲ Περυσίας μὲν καὶ Σπολιτίου ἀποπειρᾶσθαι ἥκιστα ἐγχειρεῖ. τὰ γὰρ χωρία ἐχυρὰ ὡς μάλιστά ἐστι, καὶ τρίβεσθαί οἱ ἐνταῦθα τὸν χρόνον οὐδαμῇ ἤθελε. μόνον γάρ οἱ ἐν ἐπιθυμίᾳ ἐγένετο Βελισάριον οὔπω ἀποδράντα ἐν Ῥώμῃ εὑρέσθαι. ἀλλὰ καὶ Ναρνίαν ἔχεσθαι πρὸς τῶν πολεμίων μαθὼν οὐδὲν ἐνταῦθα κινεῖν ἤθελε, δυσπρόσοδόν τε καὶ ἄλλως ἄναντες ὂν τὸ χωρίον εἰδώς. κεῖται μὲν γὰρ ἐν ὑψηλῷ ὄρει. ποταμὸς δὲ Νάρνος ἐς τὸν τοῦ ὄρους P 354 παραρρεῖ πρόποδα, ὃς καὶ τὴν ἐπωνυμίαν τῇ πόλει παρέσχεν. ἄνοδοί τε δύο ἐνταῦθα ἄγουσιν, ἡ μὲν πρὸς ἀνίσχοντα, ἡ δὲ H 192 πρὸς δύοντα ἥλιον. ταύταιν ἀτέρα μὲν στενοχωρίαν τινὰ δύσκολον ἐξ ἀποτόμων πετρῶν ἔλαχεν, ἐς δὲ τὴν ἑτέραν οὐκ ἔστιν ὅτι μὴ διὰ τῆς γεφύρας ἰέναι, ἣ τὸν ποταμὸν ἐπικαλύπτουσα διάβασιν ταύτῃ ἐργάζεται. ταύτην δὲ τὴν γέφυραν Καῖσαρ Αὔγουστος ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις ἐδείματο, θέαμα λόγου πολλοῦ ἄξιον. τῶν γὰρ κυρτωμάτων πάντων ὑψηλότατόν ἐστιν ὧν ἡμεῖς ἴσμεν.

Οὐίττιγις οὖν οὐκ ἀναμείνας τὸν χρόνον σφίσιν ἐνταῦθα B τρίβεσθαι κατὰ τάχος ἐνθένδε ἀπαλλαγεὶς τῷ παντὶ στρατῷ ἐπὶ Ῥώμην ἥει, διὰ Σαβίνων τὴν πορείαν ποιούμενος. καὶ ἐπειδὴ V 33 Ῥώμης ἀγχοῦ ἐγένετο, σταδίοις τε αὐτῆς οὐ μᾶλλον ἢ τέσσαρσι

7. εὑρέσθαι] εὑρᾶσθαι Vat. 8. τῶν πολεμίων] τῶν ἐν ῥώμῃ πολεμίων HL. ibid. κινεῖν] κρίνειν L. 11. παραρρεῖ] παραρεῖ L.

advolat, ac iam iam hostem affore nuntiat. Etenim Narnia CCCL. solum stadiis Roma distat. Porro Vitigis Perusia ac Spoletio, urbibus validissimis, abstinuit, nec voluit ibi tempus conterere, id unum expetens, ut nondum fuga elapsum Belisarium Romae deprehenderet. Ubi Narniam quoque teneri ab hoste resciit, illic nihil movere voluit, haud ignarus difficilem aditu et valde arduum locum esse. Insidet enim editum montem, cuius radices Nar amnis alluit, unde suum urbs nomen hausit. Ad eam ducunt ascensus duo, hic ab oriente Sole, ille ab occidente. Horum alter difficiles angustias inter saxa praerupta habet: alter non nisi ponte adiri potest, qui fluvio impositus, ea parte transitum praebet. Hunc pontem Caesar Augustus olim extruxit, spectatu sane dignissimum opus: nam quotquot usquam fornices vidimus, eos altitudine superat.

Itaque inutili abiecta mora, inde Vitigis movit, et cum universo exercitu per agrum Sabinum iter intendit Romam: cui iam ita proximus, ut ab ea stadiis non amplius XIV. abesset, pontem Tiberis offendit paulo ante a Belisario munitum turri, et in hac, foribus defensa, locatum ab

καὶ δέκα διεῖχε, Τιβέριδος ποταμοῦ γεφύρᾳ ἐνέτυχεν. ἔνθα δὴ Βελισάριος ὀλίγῳ πρότερον πύργον τε δειμάμενος καὶ πύλας αὐτῷ ἐπιθέμενος στρατιωτῶν φρουρὰν κατεστήσατο, οὐχ ὅτι τοῖς πολεμίοις ταύτῃ μόνον ὁ Τίβερις διαβατὸς ἦν (νῆές τε γὰρ καὶ γέφυραι πολλαχόσε τοῦ ποταμοῦ τυγχάνουσιν οὖσαι), ἀλλ' ὅτι
C πλείονα χρόνον ἐν τῇ πορείᾳ τοῖς ἐναντίοις τρίβεσθαι ἤθελε, στράτευμά τε ἄλλο ἐκ βασιλέως καραδοκῶν, καὶ ὅπως ἔτι μᾶλλον Ῥωμαῖοι τὰ ἐπιτήδεια ἐσκομίζωνται. ἤν τε γὰρ ἐνθένδε ἀποκρουσθέντες οἱ βάρβαροι διαβαίνειν ἐγχειρήσωσιν ἐπὶ γεφύρας ἑτέρωθι οὔσης, οὐχ ἧσσον ἢ εἴκοσιν ἡμέρας δαπανᾶσθαι σφίσιν ἐνόμιζε, καὶ πλοῖα βουλομένοις ἐς Τίβεριν κατασπάσαι τοσαῦτα τὸ πλῆθος πλείω αὐτοῖς, ὡς τὸ εἰκὸς, τετρίψεσθαι χρόνον. ἃ δὴ ἐν νῷ ἔχων τὴν τῇδε φρουρὰν κατεστήσατο, ἔνθα οἱ Γότθοι ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ηὐλίσαντο, ἀπορούμενοί τε καὶ πολεμητέα ἔσε-
D σθαι σφίσιν ἐς τὸν πύργον τῇ ὑστεραίᾳ οἰόμενοι. ἦλθον δὲ αὐτοῖς καὶ αὐτόμολοι δύο καὶ εἴκοσι, βάρβαροι μὲν τὸ γένος, στρατιῶται δὲ Ῥωμαῖοι, ἐκ καταλόγου ἱππικοῦ, οὗπερ Ἰννοκέντιος ἦρχεν. ἔννοια δὲ τότε Βελισαρίῳ ἐγένετο ἀμφὶ Τίβεριν ποταμὸν ἐνστρατοπεδεύσασθαι, ὅπως δὴ τῇ τε διαβάσει τῶν πολεμίων ἔτι μᾶλλον ἐμπόδιοι γένωνται καὶ θάρσους τοῦ σφετέρου ἐπίδειξίν τινα ἐς τοὺς ἐναντίους ποιήσωνται. στρατιῶται μέντοι ὅσοι φρουρὰν, ὥσπερ ἐρρήθη, ἐν τῇ γεφύρᾳ εἶχον, καταπεπληγμένοι τὸν τῶν Γότθων ὅμιλον καὶ τοῦ κινδύνου κατωρρωδηκότες τὸ μέγεθος, νύκτωρ τὸν πύργον ἐκλιπόντες, ὅνπερ ἐφύλασσον, ἐς

4. ταύτῃ μόνον ex Vat. addidit P: om. HL. 17. Ἰννοκέντιος] ἰνοκέντιος HL. 19. δὴ τῇ τε L. τε τῇδε P. δὲ (τε Hm). τῇδε H. 20. ἐμπόδιοι] Vulgo ἐμπόδιον.

eodem militare praesidium; non quod hostes Tiberim illac solum transire possent: quandoquidem fluvius et vectorias naves et pontes multis habet in locis; sed quia, cum alias ab Imperatore copias magno expectaret opere, constitutum habebat moram hosti in via longiorem iniicere: idque etiam agebat, ut Romani in urbem ampliores commeatus inveherent. Nam, si inde repulsi Barbari, per alium transire pontem aggrederentur, illis dies saltem xx. absumtum iri putabat: ac plus etiam temporis periturum videbatur, si quot opus essent navigia, tot vellent in Tiberim trahere. Sic Belisarius ratione subducta, eos ibi custodes posuerat, ubi Gotthi illius diei noctem egerunt, fluctuantes animis, ac sibi postridie oppugnandam turrim existimantes. Ad ipsos transfugerant Barbari XXII. Romani milites, ex equestri turma, cui praeerat Innocentius. Tum Belisario in mentem venit castra ad fluv. Tiberim metari, ut melius hostem transitu prohiberent, et quantum animo confiderent, demonstrarent. At milites, quibus credita, ut dictum est, pontis custodia fuerat, attoniti Gotthorum ingenti numero, ac periculi magnitudinem reformidantes, tur-

φυγὴν ὥρμηντο. ἐς Ῥώμην δὲ σφίσιν οὐκ οἰόμενοι εἰσιτητὰ εἶναι ἐπὶ Καμπανίας λάθρα ἐχώρησαν, ἢ τὴν ἐκ στρατηγοῦ κόλασιν δείσαντες, ἢ τοὺς ἑταίρους ἐρυθριῶντες.

ιη'. Τῇ δὲ ἐπιγενομένῃ ἡμέρᾳ οἱ μὲν Γότθοι τὰς τοῦ P 355
πύργου πύλας πόνῳ οὐδενὶ διαφθείραντες τὴν διάβασιν ἐποιήσαντο, οὐδενὸς σφίσιν ἐμποδὼν ἱσταμένου. Βελισάριος δὲ οὔπω τι πεπυσμένος τῶν ἀμφὶ τῇ φρουρᾷ ξυμπεσόντων ἱππέας χιλίους ἐπαγόμενος ἐς τοῦ ποταμοῦ τὴν γέφυραν ᾔει, τὸν χῶρον ἐπισκεψόμενος οὗπερ ἂν σφίσιν ἐνστρατοπεδεύσασθαι ἄμεινον εἴη. καὶ ἐπειδὴ ἐγγύτερον ἐγένοντο, ἐντυγχάνουσι τοῖς πολεμίοις ἤδη τὸν ποταμὸν διαβᾶσιν, ἐς χεῖράς τε αὐτῶν τισιν οὔτι ἐθελούσιοι ἦλθον. B
ἐξ ἱππέων δὲ συνίστατο ἡ ξυμβολὴ ἑκατέρωθεν. τότε Βελισάριος, καίπερ ἀσφαλὴς τὰ πρότερα ὤν, οὐκέτι τοῦ στρατηγοῦ τὴν τάξιν ἐφύλασσεν, ἀλλ' ἐν τοῖς πρώτοις ἅτε στρατιώτης ἐμάχετο. καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὰ Ῥωμαίων πράγματα ξυνέβη ἐς κίνδυνον πολὺν ἐκπεπτωκέναι, ἐπεὶ ξύμπασα ἡ τοῦ πολέμου ῥοπὴ ἐπ' αὐτὸν ἔκειτο. ἔτυχε δὲ ἵππῳ τηνικαῦτα ὀχούμενος, πολέμων τε λίαν ἐμπείρῳ καὶ διασώσασθαι τὸν ἐπιβάτην ἐπισταμένῳ, ὃς δὴ ὅλον μὲν τὸ σῶμα φαιὸς ἦν, τὸ μέτωπον δὲ ἅπαν ἐκ κεφαλῆς ἄχρι ἐς ῥῖνας λευκὸς μάλιστα. τοῦτον Ἕλληνες μὲν Φαλιόν, C
βάρβαροι δὲ Βάλαν καλοῦσι. καὶ ξυνέπεσε Γότθων τοὺς πλείστους βάλλειν ἐπ' αὐτόν τε καὶ Βελισάριον τά τε ἀκόντια καὶ τὰ ἄλλα βέλη ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. αὐτόμολοι ὅσοι τῇ προτεραίᾳ ἐς

1. σφίσιν L. σφίσι P. 21. Βάλαν] βάλλαν L.

ri, quam custodiebant, noctu relicta, fugam ceperunt, ac Romam sibi clausam rati, in Campaniam ivere furtim, seu poena a Magistro militum infligendae metu, seu commilitonum verecundia ducti.

18. Postridie Gotthi, effractis nullo negotio turris foribus, obsistente nemine, fluvium transierunt. Belisarius vero, cum de custodum fuga nihildum audisset, assumptis equitibus mille, ad fluminis pontem contendit, optaturus locum, qui castris commodior videretur. Invecti propius, iam fluvium transgressos offendunt hostes, ac vel inviti cum eorum parte certamen ineunt: ex equis utrique pugnant. Tunc Belisarius, quamvis antea cautus, non se tenuit in ordine Magistri militum; sed inter primos, uti miles, certavit. Unde Romana res in grave discrimen venit: siquidem belli momentum omne in eius capite positum erat. Equo tum vehebatur bellicosissimo, sessorisque e periculis expediendi perito: qui toto fuscus corpore, anteriorem capitis partem, a summa fronte ad nares, eximio candore insignem habebat. Equum eiusmodi vocitant Graeci Phalion, Barbari Balan. Illum autem ac Belisarium plerique Gotthi iaculis aliisque telis ideo petebant; quia transfugae, qui pri-

Γότθοις ἧκον, ἐπεὶ ἐν τοῖς πρώτοις μαχόμενον Βελισάριον εἶδον,
ἐπιστάμενοι ὡς, ἢν αὐτὸς πέσῃ, διαφθαρήσεται Ῥωμαίοις αὐ-
τίκα δὴ μάλα τὰ πράγματα, κραυγῇ ἐχρῶντο, βάλλειν ἐγκελευό-
μενοι ἐς ἵππον τὸν Βάλαν. καὶ ἀπ᾿ αὐτοῦ ἐς τὴν Γότθων στρα-
V 84 *τιὰν ξύμπασαν οὗτος δὴ περιφερόμενος ὁ λόγος ἦλθε, ζήτησιν*
H 193 *μέντοι αὐτοῦ, ἅτε ἐν θορύβῳ μεγάλῳ, ἥκιστα ἐποιήσαντο, οὐδὲ*
D *ὅτι ἐστὶ Βελισάριος σαφῶς ἔγνωσαν. ἀλλὰ ξυμβαλόντες οὐκ εἰκῇ*
τὸν λόγον ἐπιπολάζοντα ἐς πάντας ἰέναι, τῶν ἄλλων ἀφέμενοι
πάντων, οἱ πλεῖστοι ἐπὶ Βελισάριον ἔβαλλον. ἤδη δὲ αὐτῶν καὶ
φιλοτιμίᾳ μεγάλῃ ἐχόμενοι, ὅσοι ἀρετῆς τι μετεποιοῦντο, ὡς
ἀγχοτάτω παραγενόμενοι, ἅπτεσθαί τε αὐτοῦ ἐνεχείρουν καὶ τοῖς
τε δόρασι τοῖς τε ξίφεσι θυμῷ πολλῷ χρώμενοι ἔπαιον. Βελι-
σάριος δὲ καὶ αὐτός τε ἐπιστροφάδην τοὺς ἀεὶ ὑπαντιάζοντας
P 356 *ἔκτεινε καὶ τῶν αὐτοῦ δορυφόρων τε καὶ ὑπασπιστῶν τῆς εἰς αὐ-*
τὸν εὐνοίας ὡς μάλιστα δὴ ἐν τούτῳ τῷ κινδύνῳ ἀπέλαυσε. γε-
νόμενοι γὰρ ἀμφ᾿ αὐτὸν ἅπαντες ἀρετὴν ἐπεδείξαντο οἵαν πρὸς
οὐδενὸς ἀνθρώπων ἐς τήνδε τὴν ἡμέραν δεδηλῶσθαι οἶμαι. τὰς
γὰρ ἀσπίδας τοῦ τε στρατηγοῦ καὶ τοῦ ἵππου προβεβλημένοι, τά
τε βέλη πάντα ἐδέχοντο καὶ τοὺς ἀεὶ ἐπιόντας ὠθισμῷ χρώμενοι
ἀπεκρούοντο. οὕτω τε ἡ ξυμβολὴ πᾶσα ἐς σῶμα ἑνὸς ἀπεκρίθη
ἀνδρός. ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ πίπτουσι μὲν Γότθοι οὐχ ἧσσους ἢ
χίλιοι, καὶ αὐτοὶ ἄνδρες οἳ ἐν τοῖς πρώτοις ἐμάχοντο, θνή-

6. *αὐτοῦ* om. HL. 7. *ἐστὶ Βελισάριος*] *ἐς βελισάριον* HL: illud Hoeschel. in annot. 8. *ἐς*] *ὡς* Vat. *ibid.* *πάντας*] *πάντα* HL. 15. *ἐν* om. HL. *ibid.* *ἀπέλαυσε*] *ἀπήλαυσε* P. 17. *οἶμαι*] *εἶναι* HL. 20. *ξυμβολὴ*] *ξυμβουλὴ* L.

die ad illos concesserant, simul Belisarium in prima acie praeliantem viderunt, haud ignari, si is occideret, extemplo Romanam rem collapsuram, sublato clamore, ad feriendum equum Balan hortati sunt. Hac inde voce per omnem didita Gotthorum exercitum, omittebant, ut fit in magno tumultu, quorsum ea spectaret, quaerere, nec Belisarium plane noverant: at coniectantes id monitum non abs re quoquoversum manare, omissis caeteris, in Belisarium plerique tela torquebant. Ac iam eorum generosissimi quique, acribus impulsi gloriae stimulis, equis proxime admotis, nitebantur illum prehendere, et vehementi ira abrepti, hastis et gladiis feriebant. Belisarius vero obvios, sine ulla intermissione, nunc hos, nunc illos necabat. Quo in discrimine maxime eluxit amor, quo illum hastati scutatique ipsius Protectores complectebantur. Ei namque circumfusi omnes, fortitudinis specimen dederunt, quale neminem hactenus edidisse crediderim. Siquidem Magistro militum eiusque equo praetentis clypeis tela omnia excipiebant, et eos, qui incurrebant, trudendo, non cessabant repellere. Ita demum omnis impetus in unius viri corpus furebat. In hac pugna ceciderunt e prima Gotthorum acie non minus

σκουσι δὲ τῆς Βελισαρίου οἰκίας πολλοί τε καὶ ἄριστοι, καὶ Μαξέντιος ὁ δορυφόρος, ἔργα μεγάλα ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἐπιδειξά- B μενος. Βελισαρίῳ δὲ ξυνέβη τις τύχη ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, μήτε τετρῶσθαι μήτε βεβολῆσθαι, καίπερ ἀμφ' αὐτῷ μόνῳ γενομένης τῆς μάχης.

Τέλος δὲ ἀρετῇ τε τῇ σφετέρᾳ Ῥωμαῖοι τοὺς πολεμίους ἐτρέψαντο, ἔφευγέ τε πάμπολύ τι βαρβάρων πλῆθος, ἕως ἐς στρατόπεδον τὸ αὐτῶν ἵκοντο. ἐνταῦθα γὰρ οἱ Γότθων πεζοί, ἅτε ἀκμῆτες ὄντες, ὑπέστησάν τε τοὺς πολεμίους καὶ πόνῳ οὐδενὶ ἀπεώσαντο. βεβοηθηκότων τε αὖθις ἱππέων ἑτέρων κατὰ κράτος Ῥωμαῖοι ἔφυγον, ἕως ἀναβάντες ἔς τινα γεώλοφον ἔστησαν. καταλαβόντων δὲ σφᾶς βαρβάρων ἱππέων, αὖθις ἱππο- C μαχία ἐγένετο. ἔνθα δὴ Βαλεντῖνος, ὁ Φωτίου τοῦ Ἀντωνίνης παιδὸς ἱπποκόμος, ἀρετῆς δήλωσιν ὡς μάλιστα ἐποιήσατο. μόνος γὰρ ἐσπηδήσας ἐς τὸν τῶν πολεμίων ὅμιλον ἐμπόδιός τε τῇ Γότθων ὁρμῇ ἐγεγόνει καὶ τοὺς ξὺν αὐτῷ διεσώσατο. οὕτω τε διαφυγόντες ἐς τὸν Ῥώμης περίβολον ἦλθον, διώκοντές τε οἱ βάρβαροι ἄχρι ἐς τὸ τεῖχος ἵκοντο, ἀμφὶ τὴν πύλην ἣ Βελισαρία ὠνόμασται νῦν. δείσαντες δὲ Ῥωμαῖοι μὴ τοῖς φεύγουσιν οἱ πολέμιοι ξυνεισβάλλοντες τοῦ περιβόλου ἐντὸς γένωνται, ἀνακλίνειν τὰς πύλας ἥκιστα ἤθελον, καίπερ Βελισαρίου πολλά τε σφίσιν ἐγκελευομένου καὶ ξὺν ἀπειλῇ ἀναβοῶντος. οὔτε γὰρ τὸν D

3. μήτε — μήτε] Vulgo μηδὲ — μηδέ. 7. ἔφευγε] ἔφυγε L. ibid. ἕως ἐς] ἐς om. L. 13. Βαλεντῖνος] βαλαντῖνος L. 18. Βελισαρία] *Salaria* Pers. Conf. p. 365 d.

mille; e Belisarii familia multi, iique fortissimi, et ipsius stipator Maxentius, cum in hostem praeclara facinora edidisset. Eo die Belisario sic favit fortuna, ut quamvis unus ipse praelio peteretur, nullo tamen affectus vulnere, nec missili percussus fuerit.

Tandem Romani virtute sua hostem fuderunt, nec fuga destitit Barbarorum ingens multitudo, donec ad castra sua pervenit: ubi Gotthorum pedites, recentes adhuc et integri, impetum hostium sustinuerunt, eosque facile propulerunt. Aliis subinde equitum turmis auxilio subeuntibus, effusa Romani fuga evaserunt in collem, ibique stetere. Equitibus vero Barbaris eos assecutis, equestris pugna redintegratur: in qua Valentinus, equiso Photii Antoninae filii, fortem animum maxime prodidit. Cum enim solus in hostile agmen insiluisset, represso Gotthorum impetu, iis, qui cum ipso erant, salutem peperit. Sic elapsi, ad moenia Romae contendunt: eodem feruntur insequentes Barbari, et ad portam, quae nunc dicitur Belisaria, veniunt. Veriti Romani, ne cum fugientibus irrumpens hostis urbem intraret, nolebant portam aperire, enixe licet instante, et minaciter inclamante Belisario. Nempe qui despectabant e turri, virum,

ἄνδρα οἱ ἐκ τοῦ πύργου διακύπτοντες ἐπιγινώσκειν οἷοί τε ἦσαν,
ἐπεί οἱ τό τε πρόσωπον καὶ ἡ κεφαλὴ ξύμπασα λύθρῳ τε καὶ κο-
νιορτῷ ἐκαλύπτετο, ἅμα δὲ οὐδὲ καθορᾶν τις ἀκριβῶς εἶχεν.
ἦν γὰρ τῆς ἡμέρας ἀμφὶ ἡλίου δύσιν. οὐ μὴν οὐδὲ περιεῖναι τὸν
στρατηγὸν Ῥωμαῖοι ᾤοντο. ὅσοι γὰρ ἐν τῇ πρότερον γενόμενοι
τροπῇ φεύγοντες ἧκον, τεθνάναι Βελισάριον ἐν τοῖς πρώτοις ἀρι-
στεύοντα ἤγγελον. ὁ μὲν οὖν ὅμιλος τῶν πολεμίων ῥεύσας τε
πολὺς καὶ θυμῷ μεγάλῳ ἐχόμενος, τήν τε τάφρον εὐθὺς διαβῆ-
ναι καὶ τοῖς φεύγουσιν ἐνταῦθα ἐπιθέσθαι διενοοῦντο. Ῥωμαῖοι
δὲ ἀμφὶ τὸ τεῖχος ἀθρόοι τῆς τάφρου ἐντὸς γεγενημένοι ἐν χρῷ
ξυνιόντες ἀλλήλοις ἐς ὀλίγον ξυνήγοντο. οἱ μέντοι περιβόλου ἐν-
P 257 τός, ἅτε ἀστρατήγητοί τε καὶ ἀπαράσκευοι παντάπασιν ὄντες,
καὶ περὶ σφίσι τε αὐτοῖς καὶ τῇ πόλει πεφοβημένοι, ἀμύνειν τοῖς
σφετέροις, καίπερ ἐς τοσοῦτον κινδύνου ἐλθοῦσιν, οὐδαμῇ εἶχον.

Τότε Βελισάριον ἔννοιά τε καὶ τόλμα εἰσῆλθεν, ἣ Ῥωμαίοις
ἐκ τοῦ ἀπροσδοκήτου τὰ πράγματα διεσώσατο. ἐγκελευσάμενος
γὰρ τοῖς ξὺν αὐτῷ πᾶσιν ἐξαπιναίως τοῖς ἐναντίοις ἐνέπεσεν. οἱ
δὲ καὶ πρότερον ἀκοσμίᾳ πολλῇ, ἅτε ἐν σκότῳ καὶ διώξει, χρώ-
μενοι, ἐπεὶ σφίσιν ἐπιόντας παρὰ δόξαν τοὺς φεύγοντας εἶδον,
ὑποτοπήσαντες καὶ ἄλλο ἐκ τῆς πόλεως βεβοηθηκέναι στράτευμα,
B ἐς φόβον τε πολὺν ἀπ' αὐτοῦ καταστάντες κατὰ κράτος ἤδη
ἅπαντες ἔφευγον. Βελισάριος δὲ ἥκιστα ἐκπεσὼν ἐς τὴν δίωξιν
H 194 αὐτίκα ἐς τὸ τεῖχος ἀνέστρεψεν. οὕτω τε Ῥωμαῖοι θαρσήσαντες
V 35 αὐτόν τε καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἅπαντας τῇ πόλει ἐδέξαντο. παρὰ

cuius vultum adeoque totum caput concretus sudore pulvis tegebat, agnoscere minime poterant. Quin etiam clarum omnibus visum auferebat occasus Solis: praeterea Romani Magistrum mil. occidisse existimabant. Etenim quicunque priori in fuga sese urbi commiserant, Belisarium inter primos fortiter pugnantem occubuisse renuntiarant. Confluentes magno numero Barbari, itaque ardentes, transvolare fossam, et illos, qui se ultra receperant, invadere meditabantur. Romani vero cis fossam ad moenia conferti, se in arctum coëgerant, sic, ut alter haereret alteri. Qui intra muros erant, cum nec Ducem haberent, ac prorsus imparati, sibi atque urbi metuerent, opem ferre suis nequibant, in tantum adductis periculum.

Tunc animum Belisarii audax subiit cogitatio, quae praeter expectationem rem Romanam servavit. Nam voce cunctis, qui circum aderant, animatis, in hostes impressionem repente fecit. Illi, iam ante et nocte et cursu admodum turbatis ordinibus, ubi in se ab iis, quos fugaverant, necopinato fieri viderunt impetum, alias ex urbe copias venisse subsidio suspicantes, gravi hinc subeunte metu, in fugam omnes consternantur. Sustinens se ab insequendo Belisarius, ad muros confestim redit. Quo erecti facto Romani, in urbem ipsum cum omnibus, quos du-

τοσοῦτον μὲν κινδύνου Βελισάριός τε καὶ τὰ βασιλέως πράγματα ἦλθεν, ἥ τε μάχη πρωὶ ἀρξαμένη ἐτελεύτα ἐς νύκτα. ἠρίστευσαν δὲ ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ Ῥωμαίων μὲν Βελισάριος, Γότθων δὲ Οὐίσανδος Βανδαλάριος, ὃς, ἡνίκα ἡ μάχη ἀμφὶ Βελισαρίῳ ἐγένετο, ἐπειδὴ αὐτῷ τὰ πρῶτα ἐπέπεσεν, οὐ πρότερον ἀπέστη ἕως τρισκαίδεκα πληγὰς λαβὼν τῷ σώματι ἔπεσε. δόξας δὲ αὐτίκα τεθνάναι, ἠμελήθη τε πρὸς τῶν ἑταίρων, καίπερ νενικηκότων, καὶ ξὺν τοῖς νεκροῖς αὐτοῦ ἔκειτο. τρίτῃ δὲ ἡμέρᾳ ἐπειδὴ στρατοπεδευσάμενοι ἔγγιστα τοῦ Ῥώμης περιβόλου οἱ βάρβαροι ἔπεμψάν τινας ἐφ᾽ ᾧ νεκρούς τε τοὺς σφετέρους θάψωσι καὶ τὰ νόμιμα ἐπὶ ὁσίᾳ τῇ ἐκείνων ποιήσωνται, οἱ τὰ σώματα διερευνώμενοι Οὐίσανδον Βανδαλάριον ἔτι ἔμπνουν εὑρίσκουσι, καὶ αὐτὸν τῶν τις ἑταίρων φωνήν τινά οἱ ἀφεῖναι ἠξίου. οὐδὲ γὰρ ἠδύνατο, ἐπεὶ οἱ τὰ ἐντὸς τῷ τε λιμῷ καὶ τῷ ἐκ τῆς ἄλλης κακοπαθείας αὐχμῷ λίαν ἐκαίετο, καὶ ὕδωρ οἱ ἐνθένδε ἐδέετο ἐς τὸ στόμα ἐμβάλλεσθαι. πιόντα τε αὐτὸν καὶ ἐν ἑαυτῷ γεγονότα ἀράμενοι ἐς τὸ στρατόπεδον ἤνεγκαν. μέγα τε ὄνομα Οὐίσανδος Βανδαλάριος ἐκ τοῦ ἔργου τούτου ἐν Γότθοις ἔσχε, καὶ τὰ μάλιστα εὐδοκιμῶν πάμπολύν τινα ἐπεβίω χρόνον. ταῦτα μὲν οὖν τρίτῃ ἀπὸ τῆς μάχης ἡμέρᾳ γεγενῆσθαι ξυνέπεσε.

4. Οὐίσανδος] οὐίσανδρος L et Pers. 5. αὐτῷ om. HL. Ex Vat. addidit P. 6. δόξας] Vulgo δόξαν. 8. ἐπειδὴ om. L. 11. ποιήσωνται] ποιήσονται L. 12. Οὐίσανδον] *Visandrum* Pers., non L. ibid. αὐτὸν] αὐτῶν HL: illud Hm. 15. ἐνθένδε] ἐνθένδεν H. 16. ἑαυτῷ] ἑαυτοῦ L. 19. ταῦτα] ταύτῃ H. ταῦτα Hm.

cebat, accipiunt. Eo discriminis Belisarius, resque Imperatoris venerunt. Porro coeptum mane praelium nox diremit. Ac Romanorum quidem optime se in eo Belisarius gessit; Gotthorum vero Visandus Bandalarius: qui, fervente circa Belisarium Marte, in primo confligens ordine, non prius abstitit, quam corpore tredecim saucio vulneribus concidit. Illico expirasse visus, et a sociis, quamvis victoribus, pro occiso relictus, inter mortuos ibi iacuit. Die tertio, cum Barbari, ad Romae muros castra metati, misissent qui suos fato functos sepelirent, ac iusta ipsis funebria solverent, hi, dum perquirunt inspectantque cadavera, Visandum Bandalarium spirantem adhuc offendunt. Ex eo sodalium quidam vocem aliquam precibus conatur elicere. Silebat enim, absumptis ardore viribus, quem inedia aliaeque aerumnae in visceribus acuebant. Quocirca tandem petiit, ut aqua ori infunderetur. Potu refocillatum, levatumque humo, in castra portarunt. Magnum hinc nomen Visandus Bandalarius apud Gotthos adeptus, summa cum gloria diutissime superstes fuit. Haec die post pugnam tertio contigerunt.

*Τότε δὲ Βελισάριος ἐπεὶ ἐν τῷ ἀσφαλεῖ ξὺν τοῖς ἑπομένοις
ἐγένετο, στρατιώτας τε καὶ τὸν τῶν Ῥωμαίων δῆμον σχεδόν τι
ἅπαντα ἐς τὸ τεῖχος ἀγείρας, πυρά τε πολλὰ καίειν καὶ τὴν νύ-
κτα ὅλην ἐγρηγορέναι ἐκέλευε. καὶ τὸν περίβολον περιιὼν κύκλῳ
τά τε ἄλλα διεῖπε καὶ πύλῃ ἑκάστῃ τῶν τινα ἀρχόντων ἐπέστησε.
Βέσσας δέ, ὃς ἐν πύλῃ τῇ καλουμένῃ Πραινεστίνῃ φυλακὴν ἔσχεν,
ἄγγελον παρὰ Βελισάριον πέμψας ἐκέλευε λέγειν ἔχεσθαι πρὸς τῶν
πολεμίων τὴν πόλιν, δι' ἄλλης πύλης ἐσβεβληκότων, ἣ ὑπὲρ
P 358 ποταμὸν Τίβεριν Παγκρατίου ἀνδρὸς ἁγίου ἐπώνυμος οὖσα.
ταῦτα ἀκούσαντες ὅσοι ἀμφὶ Βελισάριον ἦσαν, σώζεσθαι ὅτι τά-
χιστα διὰ πύλης ἑτέρας παρῄνουν. αὐτὸς μέντοι οὐδὲν κατωρ-
ρώδησεν, οὐδὲ τὸν λόγον ὑγιᾶ ἰσχυρίζετο εἶναι. ἔπεμψε δὲ καὶ
τῶν ἱππέων τινὰς ὑπὲρ ποταμὸν Τίβεριν κατὰ τάχος, οἳ τὰ ἐκείνῃ
ἐπισκεψάμενοι οὐδὲν πολέμιον τῇ πόλει ἐνταῦθα ξυμβῆναι ἀπήγ-
γελον. πέμψας οὖν εὐθὺς ἐς πύλην ἑκάστην ἄρχουσι τοῖς παν-
ταχῆ οὖσιν ἐπέστελλεν ὥστε, ἐπειδὰν τοὺς πολεμίους ἀκούσωσι
κατ' ἄλλην τινὰ τοῦ περιβόλου ἐσβεβληκέναι μοῖραν, μήτε ἀμύ-
B νειν μήτε φυλακὴν τὴν σφετέραν ἐκλιπεῖν, ἀλλ' ἡσυχῇ μένειν·
αὐτῷ γὰρ ὑπὲρ τούτων μελήσειν. ἔπρασσε δὲ ταῦτα, ὅπως μὴ
ἐκ φήμης οὐκ ἀληθοῦς ἐς ταραχὴν αὖθις καθιστῶνται. Οὐίττι-
γις δέ, Ῥωμαίων ἔτι ἐν θορύβῳ πολλῷ καθεστώτων, ἐς πύλην
Σαλαρίαν τῶν τινα ἀρχόντων, Οὔακιν ὄνομα, ἔπεμψεν, οὐκ
ἀφανῆ ἄνδρα. ὃς ἐνταῦθα ἐλθὼν καὶ Ῥωμαίους τῆς ἐς Γότθους*

1. δὲ] δὴ L. 2. τε et τὸν om. L. 6. *Πραινεστίνῃ*] πενε-στρίνῃ HL. 9. ἁγίου ἀνδρὸς οὖσα ἐπώνυμος HL, nisi quod H ἁγίου om., quod in annot. supplet Hoeschel.

Tunc autem Belisarius cum suis in tutum receptus, coactis ad muros militibus ac populo Rom. fere universo, iniunxit, crebros ignes accenderent, ac totam noctem vigilarent. Moenia deinde circumiens, cum caetera providit, tum singulis portis singulos Duces apposuit. Sub haec Bessas, portae Praenestinae custcs, ad Belisarium misit, qui nuntiaret, urbem ab hostibus teneri, per eam ingressis portam, quae ultra Tiberim est, et a sancto Pancratio nomen habet. His auditis, qui Belisarium circumstabant, ut per aliam portam evaderet, auctores erant. At ille intrepidus, et falsa afferri asserens, nulla interposita mora, trans fluv. Tiberim aliquot misit equites: qui, regione explorata, nihil ibi hostile urbi incidisse retulerunt. Quamobrem ad singulas portas e vestigio mittit Ducibus, ubivis positis, si forte hostem alia muri parte irrupisse audierint, ne suppetias ferant, neu de statione decedant, sed in ea taciti maneant; sibi enim caetera curae fore. Haec eo agebat consilio, ne falso rumore iterum turbarentur. Adhuc Roma tumultu trepido plena erat, cum Vitigis ad portam Salariam Vacin Ducem, virum non ignobilem, destinat. Quo ille cum accessisset, Romanis perfidiam in

ἀπιστίας κακίσας τὴν προδοσίαν ὠνείδιζεν, ἣν αὐτοὺς ἐπί τε τῇ πατρίδι πεποιῆσθαι καὶ σφίσιν αὐτοῖς ἔλεγεν, οἳ τῆς Γότθων δυνάμεως Γραικοὺς τοὺς σφίσιν οὐχ οἵους τε ἀμύνειν ὄντας ἠλλάξαντο, ἐξ ὧν τὰ πρότερα οὐδένα ἐς Ἰταλίαν ἥκοντα εἶδον, ὅτι μὴ τραγῳδοὺς καὶ μίμους καὶ ναύτας λωποδύτας. ταῦτά τε καὶ C πολλὰ τοιαῦτα Οὔακις εἰπών, ἐπεί οἱ οὐδεὶς ἀπεκρίνατο, ἐς Γότθους τε καὶ Οὐίττιγιν ἀνεχώρησε. Βελισάριος δὲ γέλωτα πολὺν πρὸς Ῥωμαίους ὦφλεν, ἐπεὶ μόλις τοὺς πολεμίους διαφυγὼν θαρσεῖν τε ἤδη καὶ περιφρονεῖν τῶν βαρβάρων ἐκέλευεν. εὖ γὰρ εἰδέναι ὡς κατὰ κράτος αὐτοὺς νικήσει. ὅπως δὲ τοῦτο καταμαθὼν ἔγνω, ἐν τοῖς ὄπισθεν λόγοις εἰρήσεται. ἐπεὶ δὲ πόρρω ἦν τῶν νυκτῶν, νῆστιν ἔτι Βελισάριον ὄντα ἥ τε γυνὴ καὶ τῶν ἐπιτηδείων ὅσοι παρῆσαν ἄρτου βραχέος κομιδῇ γεύσασθαι μόλις ἠνάγκαζον. ταύτην μὲν οὖν τὴν νύκτα οὕτως ἑκάτεροι διενυκτέρευσαν.

ιθ'. Τῇ δὲ ἐπιγενομένῃ ἡμέρᾳ Γότθοι μὲν Ῥώμην πολιορ- D V 36 κίᾳ ἑλεῖν διὰ μέγεθος τῆς πόλεως οὐδενὶ πόνῳ οἰόμενοι, Ῥωμαῖοι δὲ αὐτοῖς ἀμυνόμενοι ἐτάξαντο ὧδε. ἔχει μὲν τῆς πόλεως ὁ πε- H 195 ρίβολος δὶς ἑπτὰ πύλας καὶ πυλίδας τινάς. Γότθοι δὲ οὐχ οἷοί τε ὄντες ὅλον στρατοπέδῳ τὸ τεῖχος περιλαβέσθαι, κύκλῳ ἓξ ποιησάμενοι χαρακώματα πέντε πυλῶν χῶρον ἠνώχλουν, ἐκ τῆς Φλαμινίας ἄχρι ἐς τὴν καλουμένην Πραινεστίναν· ταῦτά τε αὐ- P 359

5. λωποδύτας] καὶ λωποδύτας Classenus. 10. νικήσει L corr. et Maltretus. Vulgo νικήσειν. 14. ἠνάγκαζον] ἠνάγκασαν L. *ibid.* οὕτως] Vulgo οὕτω. 18. αὐτοῖς] αὐτῆς Vat. Nisi haec lectio ad p. 359 a. pertinet. 20. περιλαβέσθαι] περιβαλέσθαι L corr. 22. Πραινεστίναν] πενεστρίναν HL. *ibid.* αὐτοῖς] αὐτῆς HL.

Gotthos obiecit, ac proditionem exprobravit, quam, ut dicebat, in se ipsi et patriam cuderant, Gotthorum potentia posthabita Graecis, qui tueri ipsos non possent, et a quibus profectum neminem vidisset unquam Italia, nisi Tragoedos, Mimos ac piratas. Haec aliaque eiusmodi plurima locutus Vacis, cum ei nemo responderet, ad Gotthos et Vitigin rediit. Romanis vero dignissimus risu Belisarius videbatur, qui ex hostibus aegre elapsus, bono esse iuberet animo, Barbarosque contemnere, nec dubitare se diceret, quin eos vi debellaret. Id quo pacto edoctus sciret, dicetur postea. Provecta nox erat, cum Belisarium, adhuc impastum, uxor et familiares quicunque aderant, vix ut frustum panis ederet perpulerunt. Sic demum hanc utrique noctem egerunt.

19. Postero die Gotthi, qui urbem facillime, ob ipsius amplitudinem, obsidione se capturos putabant, et Romani, salutis suae propugnatores, ita se ordinarunt. Habent urbis moenia maiores portas XIV. et minores aliquot. Spatium, quod portis maioribus quinque, a Flaminia ad Praenestinam, comprehenditur, infestare Gotthi aggressi sunt, castris

τοῖς τὰ χαρακώματα ξύμπαντα ἐντὸς Τιβέριδος ποταμοῦ ἐπεποίηντο. δείσαντες οὖν οἱ βάρβαροι μὴ τὴν γέφυραν διαφθείραντες οἱ πολέμιοι, ἣ Μιλβίου ἐπώνυμός ἐστιν, ἄβατα σφίσι ποιήσονται ἅπαντα ὅσα ἐκτὸς ποταμοῦ ἐστι διήκοντα μέχρι ἐς θάλασσαν, καὶ ἀπ' αὐτοῦ αἴσθησιν τῶν ἐν τῇ πολιορκίᾳ κακῶν ἥκιστα ἔχοιεν, χαράκωμα δὴ ἕβδομον Τιβέριδος ἐκτὸς ἐν Νέρωνος πεδίοις ἐπήξαντο, ὅπως σφίσιν ἡ γέφυρα τῶν στρατοπέδων ἐν μέσῳ εἴη. διὸ δὴ ἄλλας δύο τῆς πόλεως πύλας ἐνοχλεῖσθαι πρὸς τῶν πολεμίων ξυνέβαινε, τήν τε Αὐρηλίαν (ἣ νῦν Πέτρου
B τοῦ τῶν Χριστοῦ ἀποστόλων κορυφαίου, ἅτε που πλησίον κειμένου, ἐπώνυμός ἐστι) καὶ τὴν ὑπὲρ τὸν ποταμὸν Τίβεριν. οὕτω τε Γότθοι τῷ στρατοπέδῳ τὴν ἡμίσειαν μάλιστα περιεβάλοντο τοῦ τείχους μοῖραν, ἅτε δὴ τῷ ποταμῷ οὐδαμῇ τὸ παράπαν εἰργόμενοι, ἐς ἅπαντα τὸν περίβολον κύκλῳ, ἡνίκα ἐβούλοντο, τῷ πολέμῳ ἦσαν. ὅντινα δὲ τρόπον Ῥωμαῖοι τοῦ ποταμοῦ ἐφ' ἑκάτερα τὸ τῆς πόλεως τεῖχος ἐδείμαντο ἐρῶν ἔρχομαι. πολὺς μὲν ὁ Τίβερις παραρρέων ἐπὶ πλεῖστον τοῦ περιβόλου ἐφέρετο τῇδε. ὁ δὲ χῶρος οὗτος, ἐφ' οὗ ὁ περίβολος κατὰ τὸν ῥοῦν τοῦ ποταμοῦ ἀνέχει, ὕπτιός τε καὶ λίαν εὐέφοδός ἐστι. τούτου δὲ ἀντικρὺ τοῦ χώρου, ἐκτὸς τοῦ Τιβέριδος, λόφον τινὰ μέγαν ξυμβαίνει εἶναι, ἔνθα δὴ οἱ τῆς πόλεως μύλωνες ἐκ πα-
C λαιοῦ πάντες πεποίηνται, ἅτε ὕδατος ἐνταῦθα πολλοῦ διὰ μὲν τοῦ ὀχετοῦ ἀγομένου ἐς τὴν τοῦ λόφου ὑπερβολήν, ἐς τὸ κάταν-

3. Μιλβίου] μολβίου Reg. μολιβίου HL, sed μολβίου uterque marg. *Milvium pontem* Pers. 4. ἐκτὸς π.] ἐκ τοῦ HL. 15. ἦσαν] ᾔεσαν Classenus. 17. παραρρέων] παραρέων L.

sex circumiectis, propterea quod muros omnes non poterant vallo intersepire: castra autem haec omnia cis flumen Tiberim locarunt. Veriti etiam Barbari, ne hostis, rupto ponte, quem vocant Milvium, eriperet ipsis transitum in oram omnem, quae trans fluvium ad mare usque patet, eoque pacto nullum sentiret obsidionis incommodum, ultra Tiberim vallum septimum in Neronis campo fixerunt, ut pontem inter castra positum haberent. Itaque ab hostibus infestae fuerunt portae aliae duae, videlicet Aurelia, insignis iam Petri nomine, qui Princeps fuit Apostolorum Christi, ac prope illam conditus iacet, et Transtiberina. Atque ita Gotthi ad summum dimidiam murorum partem castris complexi, nec amne usquam prohibiti, moenia, quacunque vellent, oppugnatum ibant. Quo autem modo Romani muris fluvium interceperint, explicabo. Tiberis, copiosus aquis, longe moenia praeterfluebat. Locus autem, in quo flumini murus imminet propius, planus est et valde faciles habet aditus. E regione, trans Tiberim, magnus collis eminet, ibique omnes urbis moletrinae iam inde olim extructae sunt: quippe magna aquae vis per alveum structilem ad collis verticem deducta, inde vehementi cum impetu

τες δὲ ξὺν ῥύμῃ μεγάλῃ ἐνθένδε ἰόντος. διὸ δὴ οἱ πάλαι Ῥωμαῖοι τόν τε λόφον καὶ τὴν κατ' αὐτὸν τοῦ ποταμοῦ ὄχθην τείχει περιλαβεῖν ἔγνωσαν, ὡς μὴ τοῖς πολεμίοις δυνατὰ εἴη τούς τε μύλωνας διαφθεῖραι καὶ ποταμὸν διαβᾶσιν εὐπετῶς τῷ τῆς πόλεως περιβόλῳ ἐπιβουλεύειν. ζεύξαντες οὖν ταύτῃ τὸν ποταμὸν τῇ γεφύρᾳ, ξυνάπτειν τε τὸ τεῖχος ἔδοξαν καὶ οἰκίας συχνὰς ἐν χωρίῳ τῷ ἀντιπέρας δειμάμενοι μέσον τῆς πόλεως τὸ Τιβέριδος πεποίηνται ῥεῦμα. ταῦτα μὲν δὴ ὧδέ πῃ ἔσχεν.

Γότθοι δὲ τάφρους βαθείας ἀμφὶ τὰ χαρακώματα ξύμ- D
παντα ὤρυξαν, καὶ τὸν χοῦν, ὃν ἐνθένδε ἀφείλοντο, ξυννήσαντες ὑπὲρ τοῦ τοίχου τοῦ ἔνδον, ὑψηλόν τε ὡς μάλιστα αὐτὸν ποιησάμενοι καὶ σκολόπων ὀξέων καθύπερθεν πάμπολύ τι χρῆμα πηξάμενοι, οὐδέν τι καταδεέστερον τῶν ἐν τοῖς φρουρίοις ὀχυρωμάτων τὰ στρατόπεδα πάντα εἰργάσαντο. καὶ χαρακώματος μὲν τοῦ ἐν Νέρωνος πεδίῳ Μαρκίας ἦρχεν (ἤδη γὰρ ἐκ Γαλλιῶν ξὺν τοῖς ἑπομένοις ἀφῖκτο, ξὺν οἷς ἐνταῦθα ἐστρατοπέδευσε), τῶν δὲ ἄλλων Οὐίττιγις ἡγεῖτο ἕκτος αὐτός. ἄρχων γὰρ ἦν εἷς κατὰ χαράκωμα ἕκαστον. Γότθοι μὲν οὕτω ταξάμενοι διεῖλον τοὺς ὀχετοὺς ἅπαντας, ὅπως δὴ ὕδωρ ὡς ἥκιστα ἐς τὴν πόλιν ἐνθένδε εἰσίοι. Ῥώμης δὲ ὀχετοὶ τεσσαρεσκαίδεκα μὲν τὸ πλῆ- P 360
θός εἰσιν, ἐκ πλίνθου δὲ ὠπτημένης τοῖς πάλαι ἀνθρώποις πεποίηνται, ἐς τοσοῦτον εὖρους καὶ βάθους διήκοντες ὥστε ἀν-

8. μὴ] Vulgo μήτε. 9. δὲ] τὲ HL. 10. ξυννήσαντες] Vulgo ξυνθήσαντες. ξυνήσαντες L. 12. καθύπερθεν] καθύπερθε L. 15. πεδίῳ] Vulgo πεδίον. *ibid.* Γαλλιῶν P. γαλλίων HL. Fortasse igitur Γαλλίας. Conf. var. lect. p. 352 a. 20. τεσσαρεσκαίδεκα L. ιδ' P. 21. ἐκ] οἳ ἐκ Hm. *ibid.* δὲ om. HL.

in declive labitur. Quamobrem veteres Romani collem hunc et adversam fluminis ripam muro claudere statuerunt, ut hostes nec moletrinas disturbare, nec, amne transito, in muros urbis movere quidquam facile possent. Igitur cum illic fluvium ponte iunxissent, placuit murum illi committere, multisque in opposita regione aedificatis domibus, effectum est, ut urbem Tiberis interlueret. Sed haec hactenus.

Gotthi vero, cum fossas altas castris omnibus praeduxissent, terram, quam inde egesserant, coagmentantes, illam extra interiorem parietem altius exaggerarunt, ac superinfixis stipitibus praeacutis quamplurimis, castra singula non minus, quam castellorum propugnacula, munierunt. Ac vallo quidem, quod in campo Neronis erat, Marcias praeerat: iam enim cum suis e Gallia reversus, ibi castra posuerat. Caetera autem Vitigis moderabatur, Sextus ipse: nam unumquodque Praefectum habebat suum. Hoc dispositi modo Gotthi, aquaeductus omnes incidunt, ut inde urbs nihil aquae accipiat. Sunt aquaeductus Romae xiv. numero, e coctili latere structi quondam, adeo lati altique, ut eques intra illos equitare

θρώπῳ ἵππῳ ὀχουμένῳ ἐνταῦθα ἱππεύειν δυνατὰ εἶναι. Βελισάριος δὲ τὰ ἐς τὴν φυλακὴν τῆς πόλεως διεκόσμει ὧδε. πυλίδα
V 37 μὲν αὐτὸς τὴν Πιγκιανὴν καὶ πύλην τὴν ταύτης ἐν δεξιᾷ εἶχεν, ἣ Σαλαρία ὠνόμασται. κατὰ ταύτης γὰρ ἐπίμαχός τε ὁ περίβολος ἦν καὶ Ῥωμαίοις ἐξιτητὰ ἐπὶ τοὺς πολεμίους ὄντα ἐτύγχανε. Πραινεστῖναν δὲ Βέσσᾳ ἔδωκε. καὶ τῇ Φλαμινίᾳ, ἣ Πιγκιανῆς ἐπὶ θάτερά ἐστι, Κωνσταντῖνον ἐπέστησε, τάς τε πύλας ἐπιθεὶς
B πρότερον, καὶ λίθων μεγάλων οἰκοδομίᾳ ἔνδοθεν αὐτὰς ἀποφράξας ὡς μάλιστα, ὅπως δὴ αὐτὰς μηδενὶ ἀνακλίνειν δυνατὰ εἴη. τῶν γὰρ χαρακωμάτων ἑνὸς ἀγχοτάτω ὄντος ἔδεισε μή τις ἐπὶ τῇ πόλει ἐνέδρα πρὸς τῶν πολεμίων ἐνταῦθα ἔσται. τὰς δὲ λειπομένας τῶν πεζικῶν καταλόγων τοὺς ἄρχοντας διαφυλάσσειν ἐκέλευσε. τῶν δὲ ὀχετῶν ἕκαστον ὡς ἀσφαλέστατα οἰκοδομίᾳ ἐπὶ πλεῖστον κατέλαβε, μή τις ἔξωθεν κακουργήσων ἐνταῦθα ἴοι.

Ἐπεὶ δὲ τῶν ὀχετῶν, καθάπερ μοι εἴρηται, διαιρεθέντων οὐκέτι τὰς μύλας τὸ ὕδωρ ἐνήργει, ζῴοις τέ τισιν ἐργάζεσθαι
H 196 αὐτὸ οὐδαμῇ εἶχον, τροφῆς ἁπάσης ἅτε ἐν πολιορκίᾳ σπανίζον-
C τες, οἵ γε καὶ ἵππων μόλις τῶν σφίσιν ἀναγκαίων ἠδύναντο ἐπιμελεῖσθαι, Βελισάριος ἐξεῦρε τόδε. ἔμπροσθεν τῆς γεφύρας, ἧς ἄρτι πρὸς τῷ περιβόλῳ οὔσης ἐμνήσθην, σχοίνους ἀρτήσας ἐξ ἑκατέρας τοῦ ποταμοῦ ὄχθης ὡς ἄριστα ἐντεταμένας, ταύταις τε λέμβους δύο παρ' ἀλλήλοις ξυνδήσας, πόδας δύο ἀπ' ἀλλή-

4. Σαλαρία] σαλαρίνα HL. *ibid.* ταύτης] ταύτας L. 6. Πραινεστῖναν] πενεστρῖναν HL. 7. Κωνσταντῖνον] κωνσταντιανὸν HL. 14. ἴοι] εἴη HL. 15. τῶν ὀχετῶν — ἐνήργει] Suidas s. v. μύλη. 17. αὐτὸ] αὐτὸν H. αὐτὰς L. *ibid.* ἅτε] τε HL.

possit. At Belisarius urbis custodiae sic providit. Portam ipse minorem Pincianam, et maiorem, quae a dextera huius est, ac Salaria dicitur, insedit; quia partis illius murus expugnari facile poterat, et in hostes exitum Romanis dabat. Praenestinam Bessae assignavit: Constantino Flaminiam, a laeva Pincianae sitam, commisit, occlusis prius foribus, et magnorum strue lapidum intus optime communitis, ne quis posset eas recludere. Cum enim unum ex vallis hostilibus proximum esset, ne quas ibi insidias urbi hostes molirentur timebat. Reliquarum custodiam Ducibus numerorum pedestrium demandavit. Singulos aquaeductus denso pariete firmissime obstruxit, ne quis infensus eo extrinsecus illaberetur.

Et quoniam, aquaeductibus, uti dixi, incisis, aqua molas non versabat amplius, neque id iumentorum opera fieri poterat, re cibaria penitus, ut fit in obsidione, defectis Romanis, qui vix habebant quo equos sibi necessarios sustentarent, artem hanc Belisarius excogitavit. Pro ponte, quem moenibus commissum dicebam modo, aptatis funibus, et ab utraque fluminis ripa validissime tentis, binos lembos colligavit, bipedali

B τίς ποτε μοῖρα τρέποιτο, ὡς μὴ ἀπωτάτω χωρήσειεν, ἀλλ' ἐς τοὺς πεζοὺς καταφεύγοντες τοὺς διώκοντας οἷοί τε ὦσι ξὺν ἐκείνοις ἀμύνεσθαι.

κθ'. Ῥωμαίοις μὲν τὰ ἐς τὴν ξυμβολὴν παρεσκεύαστο ὧδε. Οὐίττιγις δὲ Γότθους ἐξώπλισεν ἅπαντας, οὐδένα ἐν τοῖς χαρακώμασιν, ὅτι μὴ τοὺς ἀπομάχους, ἀπολιπών. καὶ τοὺς
C μὲν ἀμφὶ Μαρκίαν ἐν Νέρωνος πεδίῳ μένειν ἐκέλευε, φυλακῆς τε τῆς ἐν γεφύρᾳ ἐπιμελεῖσθαι, ὅπως δὴ μὴ ἐνθένδε οἱ πολέμιοι ἐπὶ σφᾶς ἴωσιν· αὐτὸς δὲ τὸ ἄλλο στράτευμα ξυγκαλέσας ἔλεξε τοιάδε „Ἴσως ἂν ὑμῶν τισι περὶ τὴν ἀρχὴν δεδιέναι δοκοίην καὶ ἀπ' αὐτοῦ τήν τε ἄλλην ἐς ὑμᾶς φιλοφροσύνην ἐνδείξασθαι καὶ τανῦν ὑπὲρ εὐτολμίας ὑμῖν ἐπαγωγὰ φθέγγεσθαι. καὶ τοῦτο οὐκ

22. ὑμᾶς] ἡμᾶς HL. 23. ἐπαγωγὰ] ὑπεραγωγὰ Vat.

ducamus aciem. Nos enim, pariter pedites, cum ipsis Barbarorum multitudinem sustinebimus, ea spe freti, fore ut quaecunque Deus annuerit, in hostem perpetremus. His Belisarius auditis, initio quidem tenuit. Ambos enim, fortitudinis ergo, quae in ipsis erat eximia, summe diligebat, nec volebat paucos pedites in discrimen committere. Sed tandem sollicitis utriusque precibus victus, nonnullos ad portas, supraque in murorum pinnis ad machinas cum Romana plebe manere patitur: caeteros pone aciem ordinat, ac stare iubet sub Principii Tarmutique imperio; ne consternati metu periculi, reliquis perturbationem copiis afferant; nec longius recedat, si qua forte pars equitum terga dederit; verum a peditibus excepta, cum iis hostem prohibere valeat.

29. Ita Romani ad pugnam se compararunt. Vitigis vero, cum arma Gotthis imperasset omnibus, nemine, praeter causarios, in castris relicto, Marciae quidem copias in campo Neronis haerere iussit et in custodiam pontis diligenter incumbere, ne inde ab hostibus peterentur: reliquis vero convocatis, in hunc fere modum disseruit. *Inter vos forte nonnulli sunt, qui me regno timere putent, eamque esse causam, cur et hactenus vobis singularem humanitatem exhibuerim, et modo vos ad rem fortiter gerendam blanda horter oratione. Quae quidem eorum cogitatio*

ἄπο τοῦ ἀνθρωπείου τρόπου λογίζονται. εἰώθασι γὰρ ἀμαθεῖς ἄνθρωποι, ὧν μὲν ἂν δέοιντο, πρᾳότητι ἐς αὐτοὺς χρῆσθαι, κἂν πολλῷ τῷ διαλλάσσοντι καταδεέστεροι τύχωσιν ὄντες, ἐς δὲ τοὺς ἄλλους δυσπρόσωποι εἶναι, ὧν τῆς ὑπουργίας οὐ χρήζουσιν. ἐμοὶ μέντοι οὔτε βίου καταστροφῆς οὔτε ἀρχῆς στερήσεως D μέλει. εὐξαίμην γὰρ ἂν καὶ τὴν πορφυρίδα ταύτην ἀποδύσασθαι τήμερον, εἰ Γότθος ἀνὴρ αὐτὴν ἐνδιδύσκεσθαι μέλλοι. καὶ τὸ Θευδάτου πέρας ὄλβιον ἐν τοῖς μάλιστα γεγενῆσθαι νενόμικα, ᾧ γε ταῖς τῶν ὁμοφύλων χερσὶ τήν τε ἀρχὴν ἀφεῖναι καὶ τὴν ψυχὴν ἅμα τετύχηκε. ξυμφορὰ γὰρ ἰδίᾳ προσπίπτουσα μὴ ξυμφθειρομένου τοῦ γένους τοῖς γε οὐκ ἀνοήτοις παραψυχῆς οὐκ ἐστέρηται. ἐννοοῦντι μὲν δὴ τό τε Βανδίλων πάθος καὶ τὸ τοῦ Γελίμερος τέλος οὐδὲν εἰσέρχεται μέτριον, ἀλλὰ Γότθους μὲν ὁρᾶν μοι δοκῶ ξὺν τοῖς παισὶ δεδουλωμένους, γυναῖκας δὲ ὑμετέρας ἀνδράσιν ἐχθίστοις τὰ πάντων αἴσχιστα ὑπηρετούσας, P 383 ἐμαυτὸν δὲ ἀγόμενον καὶ τῆς Θευδερίχου θυγατρὸς παῖδα ὅπη ποτὲ τοὺς νῦν πολεμίους ἀρέσκει· ταῦτα βουλοίμην ἂν καὶ ὑμᾶς ὅπως μὴ προσπέσωσι δείσαντας ἐς μάχην τήνδε καθίστασθαι. V 53 οὕτω γὰρ ἂν ἐν τῷ τῆς ξυμβολῆς χωρίῳ τὴν τοῦ βίου καταστροφὴν περὶ πλείονος τῆς μετὰ τὴν ἧτταν σωτηρίας ποιήσησθε. ἑνὶ γὰρ μόνῳ κακοτυχεῖν ἄνδρες γενναῖοι τῷ τῶν πολεμίων ἐλασσοῦσθαι νομίζουσι. θάνατος δέ, ἄλλως τε καὶ ταχὺς ἥκων,

5. οὔτε — οὔτε] Vulgo οὐδὲ — οὐδὲ. 17. ἀρέσκει] Vulgo ἀρέσκειν. ἀρέσκει vel ἀρέσκοι Pm. 20. ποιήσησθε] ποιήσαισθε vel saltem ποιήσεσθε.

ab humani more ingenii non abhorret. Quorum enim auxilio opus habent rudiores homines, cum iis, quamvis longe conditione inferioribus, comiter agere et affabiliter solent: caeteros, quorum opera minime egent, duriter tractant. Me vero nec regni nec vitae movet amissio: ut qui vel hodie purpuram hanc exuere cupiam, si modo vir ea Gotthus induendus est; obitumque Theodati felicissimum iudicem, qui popularium suorum manibus ereptum sibi pariter cum anima regnum reliquit. Etenim qui mente capti non sunt, aliquid habent solatii in calamitate domestica, si gentis perniciem non trahat secum. Simul autem me cogitatione converto ad Vandalorum exitium cum tristi coniunctum Gelimeris exitu; non leviter miserabilis effert se animo meo species: at videre mihi videor Gotthos cum liberis abstractos in servitutem, uxores vestras inimicissimorum hominum libidini turpissimae coactas obsequi; me ipsum ad Theoderici ex filia neptem abductos, quocumque libitum iis fuerit, quibuscum nunc bellum gerimus. Vos quoque haec ne accidant vereamini, eoque incensi metu pugnetis velim. Nam ita fiet, ut in campo honeste cadere satius existimetis, quam vestrae cladi superesse: siquidem vita, infra hostium conditionem demissa, res una est, in qua viri magnanimi infelicitatem constituunt. Mors demum, prae-

εὐδαίμονας ἀεὶ τοὺς πρόσθεν οὐκ εὐτυχοῦντας ἐργάζεται. εὔδηλόν τε ὡς, ἢν μετὰ τούτων ὑμεῖς τῶν λογισμῶν τήνδε τὴν ξυμ-
B βολὴν διενέγκητε, ῥᾷστα μὲν τοὺς ἐναντίους νικήσετε, ὀλίγους τε ὄντας καὶ Γραικοὺς ἢ ἴσους, κολάσετε δὲ αὐτοὺς αὐτίκα δὴ μάλα τῆς τε ἀδικίας καὶ ὕβρεως ἧς ἐς ἡμᾶς ἦρξαν. ἡμεῖς μὲν γὰρ αὐτῶν ἀρετῇ τε καὶ πλήθει καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ὑπεραίρειν αὐχοῦμεν, οἱ δὲ θρασύνονται καθ' ἡμῶν τοῖς ἡμετέροις κακοῖς ἐπαρθέντες, καὶ μόνον ἐφόδιον ἔχοντες τὴν ἡμετέραν ὀλιγωρίαν. βόσκει γὰρ αὐτῶν τὴν παρρησίαν τὸ παρὰ τὴν ἀξίαν εὐτύχημα." τοσαῦτα καὶ Οὐίτιγις παρακελευσάμενος διεκόσμει τὸ στράτευμα εἰς παράταξιν, πεζοὺς μὲν ἐς μέσον καταστησάμενος, τοὺς ἱππέας δ' ἐς ἄμφω τὰ κέρατα. οὐκ ἄποθεν μέντοι τῶν χαρακωμά-
C των τὴν φάλαγγα διέτασσεν, ἀλλ' αὐτοῦ ἄγχιστα, ὅπως, ἐπειδὰν τάχιστα ἡ τροπὴ γένηται, εὐπετῶς οἱ πολέμιοι καταλαμβανόμενοι διαφθείρωνται, ἐν χώρῳ πολλῷ τῆς διώξεως αὐτοῖς γινομένης. ἤλπιζε γάρ, ἢν ἐν τῷ πεδίῳ ἡ μάχη ξυστάδην γένηται, αὐτοὺς οὐδὲ βραχύν τινα χρόνον ἀνθέξειν, τεκμαιρόμενος
H 210 πολλῷ τοῦτο τῷ παραλόγῳ, ὅτι οὐκ ἀντίπαλον τῷ σφετέρῳ τὸ τῶν πολεμίων στράτευμα εἴη.

Οἱ μὲν οὖν στρατιῶται πρωὶ ἀρξάμενοι ἔργου ἑκατέρωθεν εἴχοντο. Οὐίτιγις δὲ καὶ Βελισάριος ὄπισθεν ἐγκελευόμενοι ἀμ-

2. λογισμῶν P ex coniectura Maltreti. λογιμῶν L. λογίμων H.
3. ῥᾷστα L. ῥᾷστον P. *ibid.* νικήσετε] Vulgo νικήσητε.
4. ἴσους] Ἰσαύρους Grotius. 15. γινομένης] γενομένης L.
16. ξυστάδην HL. συστάδην P.

sortim cita, eos semper beatos efficit, quibus antea parum prospera fortuna fuit. Cum his animi sensibus si pugnam hanc inieritis, perspicuum est, vos ex hostibus, qui pauci sunt numero, iique Graeculi, vel similes generis facillime relaturos victoriam, et cum iniuriae, tum contumeliae, qua nos lacessiverunt, poenas brevi sumpturos. Nec vero immerito gloriamur nos illis virtute, numero, caeterisque rebus omnibus anteire: quamquam in nos ferociunt, adversis casibus nostris inflati, neque alio freti praesidio, nisi stolido contemptu nostri; alente ipsorum licentiam laeto successu, quem praeter meritum habuerunt. Ita Gotthos hortatus Vitigis, instruxit aciem, locatis in medio cohortibus peditum, et in cornu utroque equitum turmis. Nec procul a castris aciem ordinavit, sed proxime: ut cum primum fugam hostes capesserent, ab assequentibus facile conficerentur, longo illis, qui instarent, patente spatio. Nam si in campo praelium pede collato fieret, Romanos ne punctum quidem temporis restituros sperabat, id coniiciens ex iniquissima virium utriusque exercitus comparatione.

Mane, facto pugnae initio, rem utrinque milites aggrediuntur, dum, a tergo hortantes, dant animos Vitigis ac Belisarius. Principio supe-

φοτέρους ἐς εὐψυχίαν ὥρμων. καὶ τὰ μὲν πρῶτα καθυπέρτερα ἦν τὰ Ῥωμαίων, οἵ τε βάρβαροι πρὸς τῶν τοξευμάτων συχνοὶ D ἔπιπτον, δίωξις μέντοι αὐτῶν οὐδεμία ἐγίνετο. ἅτε γὰρ ἐν πλήθει μεγάλῳ οἱ Γότθοι καθεστῶτες ῥᾷστα δὴ ἐς τῶν διαφθειρομένων τὴν χώραν ἕτεροι ἵσταντο, αἴσθησίν τε οὐδεμίαν τῶν ἐν σφίσιν ἀπολλυμένων παρείχοντο. καὶ τοῖς Ῥωμαίοις ἱκανὸν ἐφαίνετο ὀλίγοις λίαν ἐς τόδε οὖσιν αὐτοῖς τὴν ἀγωνίαν ἀποκεκρίσθαι. τήν τε μάχην ἄχρι ἐς τὰ τῶν ἐναντίων στρατόπεδα διενεγκοῦσιν ἐς μέσην ἡμέραν, καὶ πολλοὺς ἤδη διαφθείρουσι τῶν πολεμίων, βουλομένοις ἦν ἐς τὴν πόλιν ἐπανιέναι, ἤν τις αὐτοῖς γένηται σκῆψις. ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ ἄνδρες Ῥωμαῖοι ἀγαθοὶ πάντων μάλιστα ἐγένοντο τρεῖς, Ἀθηνόδωρός τε, ἀνὴρ Ἴσαυρος, ἐν τοῖς Βελισαρίου δορυφόροις εὐδόκιμος, καὶ Θεοδώρητός τε καὶ Γεώργιος Μαρτίνου δορυφόροι, Καππαδόκαι γένος. ἀεὶ γὰρ τοῦ τῆς P 384 φάλαγγος ἐξιόντες μετώπου δόρασι διειργάζοντο τῶν βαρβάρων πολλούς. ταῦτα μὲν ἐφέρετο τῇδε. ἐν δὲ Νέρωνος πεδίῳ χρόνον μὲν συχνὸν ἀντεκάθηντο ἑκάτεροι ἀλλήλοις, καὶ οἱ Μαυρούσιοι ἐπεκδρομάς τε ἀεὶ ποιούμενοι καὶ τὰ δοράτια ἐσακοντίζοντες τοὺς Γότθους ἐλύπουν. ἐπεξιέναι γὰρ πρὸς αὐτοὺς ἥκιστα ἤθελον, δεδιότες τοὺς ἐκ τοῦ Ῥωμαίων δήμου οὐκ ἄποθεν ὄντας, οὓς δὴ στρατιώτας τε ᾤοντο εἶναι καί τινα ἐνέδραν ἐς σφᾶς ποιουμένους, ἡσυχῇ μένειν, ὅπως κατὰ νώτου ἰόντες ἀμφιβό- B λους τε ποιησάμενοι διαφθείρωσιν. ἤδη δὲ τῆς ἡμέρας μεσού-

6. παρείχοντο] παρείχετο L: illud Hm. 8. ἄχρι L. ἄχρις P.
13. Θεοδώρητος] Vulgo Θεοδώριτος. 16. ἐν δὲ] ἐν μὲν HL.

rior fuit Romana res, et quamvis confixi sagittis Barbari frequentes caderent, haud tamen eorum acies inclinavit. Cum enim starent Gotthi ingenti numero, in cadentium locum alii succedebant expeditissime, ita ut sensum clades fugeret. Ac Romanis, cum pauculi essent, operae pretium videbatur eo modo pugnasse hactenus: et praelio ad hostium usque castra illato, iamque ad meridiem producto, non sine magna eorum caede, urbem repetere animus erat, si quis praetextus suppeteret. In hoc certamine omnium generosissime se gesserunt ex acie Romana tres: Athenodorus, Isaurus genere et inter Protectores Belisarii clarus, Theodoritus et Georgius, stipatores Martini, natione Cappadoces. Nam ultra aciei frontem provecti crebris excursibus, multos Barbaros hastis interemerunt. Ibi quidem sic res ibat: in campo autem Neroniano, utrique diu in conspectu stetere; sic tamen, ut Mauri frequentibus velitationibus Gotthos infestarent, cum in eos iacula mitterent, nec vellent illi se efferre contra, veriti ne Romanae plebis catervae, in propinquo positae, quas constare militibus, et insidias parare sibi existimabant, eo consilio se non moverent, ut subirent a tergo, et quos intercepissent, utrinque

σης ὁρμῇ μὲν τὸ Ῥωμαίων στράτευμα ἐκ τοῦ αἰφνιδίου ἐπὶ τοὺς πολεμίους, τρέπονται δὲ παρὰ δόξαν οἱ Γότθοι τῷ ἀπροσδοκήτῳ καταπλαγέντες. καὶ οὐδὲ ἐς τὸ χαράκωμα φυγεῖν ἴσχυσαν, ἀλλ' ἐς τοὺς ἐκείνῃ λόφους ἀναβάντες ἡσύχαζον. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι πολλοὶ μὲν ἦσαν, οὐ στρατιῶται δὲ πάντες, ἀλλ' οἱ πλεῖστοι γυμνὸς ὅμιλος. ἅτε γὰρ τοῦ στρατηγοῦ ἑτέρωθι ὄντος πολλοὶ ἐν τῷ Ῥωμαίων στρατοπέδῳ ναῦται καὶ οἰκέται τοῦ πολέμου μεταλαχεῖν ἐφιέμενοι ἀνεμίγνυντο τῷ ταύτῃ στρατῷ. καὶ πλήθει μὲν
C τοὺς βαρβάρους ἐκπλήξαντες, ὥσπερ ἐρρήθη, εἰς φυγὴν ἔτρε-
V 54 ψαν, ἀκοσμίᾳ δὲ τὰ Ῥωμαίων πράγματα ἔσφηλαν. ἐπιμιξίᾳ
γὰρ τῇ ἐκείνων ἐς ἀταξίαν πολλὴν οἱ στρατιῶται ἐμπεπτωκότες, καίπερ σφίσι Βαλεντίνου πολλὰ ἐγκελευομένου, τῶν παραγγελλομένων ἥκιστα ἤκουον. διόπερ οὐδὲ τοῖς φεύγουσιν ἑπισπόμενοί τινα ἔκτεινον, ἀλλ' ἐν τοῖς λόφοις ἡσυχάζοντας ἀδεῶς τὰ ποιούμενα θεᾶσθαι ξυνεχώρησαν. οὐδὲ τὴν ἐκείνῃ διελεῖν γέφυραν ἐν νῷ ἐποιήσαντο, ὅπως τὸ λοιπὸν ἡ πόλις μὴ ἑκατέρωθεν πολιορκοῖτο, τῶν βαρβάρων ἔτι ὑπὲρ τὸν ποταμὸν Τίβεριν ἐνστρατοπεδεύεσθαι οὐκ ἂν δυναμένων. οὐ μὴν οὐδὲ τὴν γέφυραν δια-
D βάντες κατὰ νώτου τῶν ἐναντίων ἐγένοντο, οἳ τοῖς ἀμφὶ Βελισάριον ταύτῃ ἐμάχοντο. ὅπερ εἰ ἐγεγόνει, οὐκ ἂν ἔτι, οἶμαι, οἱ Γότθοι πρὸς ἀλκὴν ἔβλεπον, ἀλλ' ἐς φυγὴν αὐτίκα μάλα ἐτράποντο, ὡς ἕκαστός πῃ ἐδύνατο. νῦν δὲ καταλαβόντες τὸ τῶν

6. στρατηγοῦ P ex Vat. στρατοῦ HL. *ibid.* ὄντος] ὄντες HL. ὄντος L corr. 7. τοῦ πολέμου L. [τούτου] τοῦ πολέμου L. 14. τινα] τινὰς Reg.

petitos delerent. Iam meridies erat, cum in hostem Romanus exercitus derepente impetum fecit. Vi subita perculsi Gotthi, actique in fugam inopinato, non potuerunt se in castra coniicere, sed occupatis collium vicinorum verticibus constiterunt. Plurimi quidem numero Romani erant, haud milites tamen omnes; at nuda partem maximam turba. Hinc enim absente Magistro militum, multi nautae et famuli, qui Rom. exercitum sequebantur, cum certaminis participes esse vellent, copiis ibi positis se immiscuerant. Ac Barbaros quidem multitudine attonitos, ut dictum est, in fugam verterunt: sed mox rem Romanam evertit confusio. Siquidem milites, turbatis valde illorum permistione ordinibus, Valentini, quamvis contente enixeque instantis, mandata non audiebant. Quamobrem fugientium nemine occiso, eos in collibus quietos, securo spectare animo sinebant quae fierent. Neque ipsis in mentem venit pontem vicinum interscindere; ut adempta Barbaris opportunitate habendi castra trans fluvium Tiberin, postmodum urbs obsidione utrinque non premeretur. Nec ponte transito, hostium, qui citra amnem pugnabant cum Belisario, terga invaserunt: quod si fecissent, certe Gotthi, ut equidem sentio, se ad firmitatem non intendiassent, verum pro se quisque fugam celerassent. Iam

πολεμίων χαράκωμα ἐς ἁρπαγὴν τῶν χρημάτων ἐτράποντο, καὶ πολλὰ μὲν ἐνθένδε ἀργυρώματα, πολλὰ δὲ ἄλλα χρήματα ἔφερον. οἱ δὲ βάρβαροι χρόνον μέν τινα θεώμενοι τὰ ποιούμενα ἡσύχαζόν τε καὶ αὐτοῦ ἔμενον. τέλος δὲ ξυμφρονήσαντες θυμῷ τε πολλῷ καὶ κραυγῇ ἐχόμενοι ἐπὶ τοὺς ἐναντίους ἐχώρησαν. εὑρόντες δὲ ἀνθρώπους κόσμῳ οὐδενὶ τὰ σφέτερα ληιζομένους ἔκτεινάν τε συχνοὺς καὶ τοὺς λοιποὺς κατὰ τάχος ἐξήλασαν. ὅσοι P 385 γὰρ ἐγκαταληφθέντες αὐτῶν οὐ διεφθάρησαν, ἀπὸ τῶν ὤμων τὰ χρήματα ῥίψαντες ἄσμενοι ἔφευγον.

Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐν Νέρωνος πεδίῳ ἐγίνετο, ἐν τούτῳ καὶ ἄλλος βαρβάρων στρατὸς ἄγχιστα τῶν σφετέρων στρατοπέδων ταῖς ἀσπίσι φραξάμενοι καρτερῶς τοὺς ἐναντίους ἠμύνοντο, καὶ πολλοὺς μὲν ἄνδρας, ἵππους δὲ πολλῷ πλείους διέφθειρον. ἐπεὶ δὲ Ῥωμαίων οἱ μὲν τραυματίαι γεγενημένοι, οἱ δὲ τῶν ἵππων σφίσι διαφθαρέντων ἐξέλιπον τὴν παράταξιν, ἐν ὀλίγῃ καὶ πρότερον τῇ στρατιᾷ οὔσῃ ἔτι μᾶλλον ἡ ὀλιγανθρωπία διαφανὴς ἦν, πολύ τε τὸ διαλλάσσον τοῦ τῶν Γότθων ὁμίλου ἐφάνη. ἅπερ ἐν B νῷ λαβόντες οἱ τῶν βαρβάρων ἱππεῖς ἐκ τοῦ δεξιοῦ κέρως ἐπὶ H 211 τῶν κατ' αὐτοὺς πολεμίων ἐχώρησαν δρόμῳ. ὧν δὴ τὰ δόρατα οὐκ ἐνεγκόντες οἱ ταύτῃ Ῥωμαῖοι ἐς φυγὴν ὥρμηντο καὶ ἐς τῶν πεζῶν τὴν φάλαγγα ἦκον. οὐ μὴν οὐδὲ οἱ πεζοὶ τοὺς ἐπιόντας ὑφίσταντο, ἀλλὰ ξὺν τοῖς ἱππεῦσιν οἱ πολλοὶ ἔφευγον. αὐτίκα

8. ἐγκαταληφθέντες] Vulgo ἐγκαταλειφθέντες. 9. ἔφευγον] ἔφυγον Reg. 18. κέρως] Vulgo κέρους. 21. τοὺς ἐπιόντας] Vulgo τε ἐπιόντας.

vero potiti castris hostilibus, studium omne ad ea diripienda converterunt. Unde cum argenteae supellectilis aliarumque opum vim magnam auferrent, contemplati rem aliquandiu Barbari, tenuerunt se, haeseruntque in vestigiis. Tandem uno animo, ira acriter stimulante, in hostes impetum cum ingenti clamore capiunt: rerum suarum direptioni tumultuosissimae superveniunt: raptores non paucos mactant: reliquos confestim eiiciunt. Nam quisquis deprehensus haud periit illico, relecta ex humeris divite sarcina, lubens fugit.

Dum haec in campo Neronis fiunt, interea alter Barbarorum exercitus, proxime sua castra, protectus clypeis, hostem valide propulsabat, et cum virorum magnam, tum equorum etiam multo maiorem edebat stragem. Ubi vero Romanorum alii saucii, alii, confectis equis, excesserunt ex acie, in exercitu, iam ante modico, militum paucitas clarius patuit, apparuitque numero longe praestare Gotthos. Quo animadverso, e cornu dextero Barbarorum equites in hostes adversos incurrunt. Quorum hastis disiecti, qui ibi stabant Romani, praecipiti fuga ad pedestrem aciem se recipiunt. At eadem fracti impressione pedites, magno numero cum

δὲ καὶ τὸ ἄλλο Ῥωμαίων στράτευμα ὑπεχώρει, ἐγκειμένων σφίσι
τῶν πολεμίων, καὶ ἡ τροπὴ κατὰ κράτος ἐγίνετο. Πριγκίπιος
δὲ καὶ Ταρμοῦτος ξὺν ὀλίγοις τισὶ τῶν ἀμφ' αὐτοὺς πεζῶν ἔργα
C ἐπεδείξαντο ἀρετῆς ἄξια. ἐς αὐτοὺς γὰρ μαχομένους τε καὶ τρέ-
πεσθαι ξὺν τοῖς ἄλλοις ἥκιστα ἀξιοῦντας τῶν Γότθων οἱ πλεῖστοι
ἐν θαύματι τοῦτο μεγάλῳ ποιούμενοι ἔστησαν. καὶ ἀπ' αὐτοῦ
οἵ τε ἄλλοι πεζοὶ καὶ τῶν ἱππέων οἱ πλεῖστοι ἀδεέστερον διεσώ-
θησαν. Πριγκίπιος μὲν οὖν, κρεουργηθεὶς τὸ σῶμα ὅλον, αὐ-
τοῦ ἔπεσε, καὶ πεζοὶ ἀμφὶ αὐτὸν τεσσαράκοντα καὶ δύο. Ταρ-
μοῦτος δὲ δύο ἀκόντια Ἰσαυρικὰ ἐν ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν ἔχων,
νύττων τε ἀεὶ τοὺς ἐπιόντας ἐπιστροφάδην, ἐπειδὴ κοπτόμενος
τὸ σῶμα ἀπεῖπεν, Ἔννου τἀδελφοῦ ξὺν ἱππεῦσί τισιν ἐπιβεβοη-
θηκότος, ἀνέπνευσέ τε καὶ δρόμῳ ὀξεῖ λύθρου τε καὶ πληγῶν ἔμ-
D πλεως ἐπὶ τὸν περίβολον οὐδέτερον τῶν ἀκοντίων ἀποβαλὼν ᾔει.
ποδώκης δὲ ὢν φύσει διαφυγεῖν ἴσχυσε, καίπερ οὕτω τοῦ σώμα-
τος ἔχων, παρ' αὐτάς τε τὰς Πιγκιανὰς πύλας ἐλθὼν ἔπεσε. καὶ
αὐτὸν τετελευτηκέναι δόξαντα ὑπὲρ ἀσπίδος ἄραντές τῶν τινες
ἑταίρων ἐκόμισαν. ὁ δὲ ἡμέρας δύο ἐπιβιοὺς ἐτελεύτησε, λόγον
αὐτοῦ πολὺν ἔν τε Ἰσαύροις καὶ τῷ ἄλλῳ στρατοπέδῳ ἀπολιπών.
πεφοβημένοι τε ἤδη Ῥωμαῖοι φρουρᾶς τῆς ἐν τῷ τείχει ἐπεμε-
λοῦντο καὶ τὰς πύλας ἐπιθέντες ξὺν θορύβῳ πολλῷ τῇ πόλει τοὺς
φεύγοντας οὐκ ἐδέχοντο, δεδιότες μὴ ξυνεισβάλλωσιν αὐτοῖς οἱ

3. αὐτοὺς] αὐτῶν L. αὐτὸν H: αὐτοὺς Hm. 4. ἐς αὐτοὺς] ἑαυτοὺς Reg. 16. τὰς excidit in P.

equitibus aufugere: mox et caeterae Romanorum copiae inclinari, urgente hoste, et vi eversae dilabi retro. Principius ac Tarmutus, cum exigua peditum suorum manu, digna fortibus animis facinora ediderunt. Nam ad ipsos pugnantes nolentesque cum aliis terga vertere, pars maxima Gotthorum constitit, admiratione defixa: quo tutius reliqui pedites equitesque plurimi evaserunt. Ac Principius quidem, toto corpore conciso, ibidem occubuit, et circa illum pedites XLII. Tarmutus vero spiculis duobus Isauricis, quibus utramque manum instruxerat, irruentes nunc hos, nunc illos punctim ferire non desinens, cum deficeret affectus vulneribus, levatus ope, quam cum equitibus nonnullis attulit Ennes frater, resumpsit spiritum: tum cruore et plagis coopertus, celerem cursum ad muros, neutro amisso spiculo, intendit; velocitate pedum, qua valebat, id consecutus, ut, quamvis corpore sic affecto, evaderet. Cum portam Pincianam attigisset, concidit, eumque pro mortuo habitum sodales ipsius quidam supposito clypeo portarunt. Biduo superstes obiit, praeclaram apud Isauros omnemque exercitum relinquens famam. Iam exterriti Romani, in custodiendis moenibus toti erant, ac portis cum maximo tumultu clausis, fugientes urbe excludebant, veriti, ne cum ipsis hostes irrumpe-

πολέμιοι. καὶ αὐτῶν ὅσοι οὐκ ἔφθασαν τοῦ περιβόλου ἐντὸς γεγενημένοι, τὴν τάφρον διαβάντες καὶ τῷ τείχει τὰ νῶτα ἐρείσαντες, V 55 ἔτρεμόν τε καὶ πάσης ἀλκῆς ἐπιλελησμένοι εἱστήκεισαν ἀμύνασθαί P 386 τε τοὺς βαρβάρους ἥκιστα ἴσχυον, καίπερ ἐγκειμένους τε καὶ τὴν τάφρον ὑπερβῆναι ἐπ' αὐτοὺς μέλλοντας. αἴτιον δὲ ἦν ὅτι τοῖς μὲν πολλοῖς τὰ δόρατα ἔν τε τῇ ξυμβολῇ καὶ τῇ φυγῇ κατεαγότα ἐτύγχανε, τὰ δὲ τόξα ἐνεργεῖν στενοχωρίᾳ τῇ πρὸς ἀλλήλων οὐχ οἷοί τε ἦσαν. ἕως μὲν οὖν οὐ πολλοὶ ἐν ταῖς ἐπάλξεσι καθεωρῶντο, οἱ Γότθοι ἐνέκειντο, ἐλπίδα ἔχοντες τούς τε ἀποκεκλεισμένους ἅπαντας διαφθεῖραι καὶ τοὺς ἐν τῷ περιβόλῳ βιάσασθαι. ἐπεὶ δὲ στρατιωτῶν τε καὶ τοῦ Ῥωμαίων δήμου ἀμυνομένων, πολύ τι χρῆμα ἐς τὰς ἐπάλξεις εἶδον, αὐτίκα δὴ B ἀπογνόντες ἐνθένδε ὀπίσω ἀπήλαυνον, πολλὰ τοὺς ἐναντίους κακίσαντες. ἥ τε μάχη ἐν τοῖς τῶν βαρβάρων χαρακώμασιν ἀρξαμένη ἔν τε τῇ τάφρῳ καὶ τῷ τῆς πόλεως ἐτελεύτησε τείχει.

4. καίπερ] καθάπερ HL. 8. οἷοι] οἷα H. ibid. οὐ πολλοὶ] οἱ πολλοὶ HL: sed οὐ Lm.

rent. Quicunque foris remanserant, ii fossam transgressi, tergaque moenibus apprimentes, tremebant, stabantque virtutis omnino immemores: nec Barbaros imminentes et transire fossam parantes arcere poterant, cum hastas multi in pugna ac fuga fregissent, seque invicem ita comprimerent, ut nequirent arcus tractare. Quandiu ad pinnas adesse rari visi sunt, tandiu Gotthi incubuere, spe ducti, fore ut exclusos omnes delerent, atque e muris defensores deiicerent. At ubi pinnas videre cinctas densa propugnantium militum et Romanae plebis corona, inde statim desperatione retro cesserunt, multis in hostes iactis convitiis. Itaque praelium ad Barbarorum castra initum, ad urbis fossam et muros finem invenit.

P 387 H 212 V 56 # ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΩΣ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΗΣ Β' ΤΕΤΡΑΔΟΣ Η Β'.

ΙΣΤΟΡΙΩΝ — Η Β'.] ΤΗΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΤΕΤΡΑΔΟΣ ΤΩΝ ΚΑΤ' ΑΥΤΟΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛ. Β'. P.

PROCOPII CAESARIENSIS

HISTORIARUM TETRADIS II.

LIBER II.

ARGUMENTUM.

EX EDITIONE MALTRETI.

Praeclara Bessae et Constantini facinora. Romanus et Gotthus in eamdem scrobem delapsi lepida pactione evadunt. Chorsamantis virtus temeraria. (Cap. 1.) *Euthalio stipendia Byzantio afferenti tutum iter Belisarius parat. In Gotthos emittit copias. Ad portam Pincianam vincunt Romani; in campo Neroniano vincuntur. Arzis vulnus mirabile sanatur: Cutilas et Buchas intereunt. Gotthorum luctus.* (2.) *Pestis et fames Romanos vexant. Gotthis aquaeductus pro munimento. Romani, suadente fame, decernendi cum Gotthis copiam a Belisario petunt: negat Belisarius, eorumque orationem refellit.* (3.) *Belisarius Procopium Caesariensem Neapolin mittit. Tibur et Albam praesidiis munit. Gotthi templa SS Petri et Pauli nunquam ausi violare. In eorum castris grassatur lues. Antonina cum Procopio classem in Campania curat. Vesuvii descriptio.* (4.) *Recentes Byzantio copiae veniunt. Belisarii stratagema. Audax facinus Aquilini. Traiani vulnus mirabile.* (5.) *A Gotthis missi Oratores de pace cum Belisario colloquuntur, et inducias pangunt.* (6.) *Illatis adverso flumine commeatibus abundat Roma. Firmantur induciae datis obsidibus. Portum, Centumcellas et Albanum Gotthi deserunt: Romani occupant. Gotthorum minas Belisarius ridet: in Picenum copias mittit: Mediolanensibus praesidium pollicetur.* (7.) *Constantinus in Belisarium, ablata iubentem reddere, contumax, eumque ense stricto petere ausus, occiditur.* (8.) *Gotthi per aquaeductum Romam capere frustra tentant. Idem aggressi tum aperta vi, tum proditione, de spe decidunt. Poena prodi-*

tori a Belisario irrogata. (9.) *Ioannes Picenum populatur. Ariminum occupat. Per internuntios agit cum Matasuntha uxore Vitigis. Gotthi Romae obsidionem solventes, cladem accipiunt.* (10.) *Multa Vitigis loca praesidiis munit. Arimino Belisarius providet. Romani Petram pertusam expugnant. Ioannes Belisarii mandato adversatur.* (11.) *Gotthi Ariminum obsident. Ioannis generosa providentia et concio. Mediolanensibus missi a Belisario praesidiarii Genuam appellunt: ad Ticinum pugnant: ubi Fidelius Praefectus Praet. occumbit. Theodebertus Francorum Rex Gotthis mittit auxilia. Gotthi Mediolanum obsident.* (12.) *Belisarius Tudertum et Clusium capit. Anconae situs. Cononis imprudentia. Romanorum clades. Narsetis Eunuchi in Italiam adventus.* (13.) *Erulorum antiquae sedes: in senes et aegrotos crudelitas: uxorum saevus mos in maritorum funeribus. Langobardis pacem petentibus Rodulfus Erulorum Rex bellum infert, et cum maxima suorum parte occumbit, Deo ulciscente. Eruli se ad Gepaedes recipiunt: deinde ad Romanos, Anastasio imperante. Iustiniani principatu dant Christo nomina, nec mores perditos exuunt. Regem suum occidunt.* (14.) *Erulorum pars Thulen petit. Eius situs. Ibi Sol aestate per dies* 40. *non occidit; per totidem non oritur hieme. Solis reditus festo maximo celebratur. Scrithifinorum mores. Thulitarum religio. Erulorum pars altera sibi Regem ex Thule asciscit, et ab Imperatore Iustiniano deficit.* (15.) *Belisarius et Narses copias iungunt ad urbem Firmum. In consilio bellico, Narses Arimino succurrendum suadet. Ioannis obsessi epistola ad Belisarium. Profectio exercitus.* (16.) *In infantem a matre derelictum caprae amor mirabilis. Gotthi, adventu Belisarii cognito, obsidionem, qua Ariminum premebant, trepide solvunt.* (17.) *Ildiger Gotthorum castris potitur. Narses a Belisario dissidet. Utriusque orationes. Iustinianus Aug. Belisario per literas belli imperium asserit.* (18.) *Belisarius Urbinum obsidet. Narses a castris abscedit. Obsessi, aqua defecti, dedunt se Belisario. Ioannes Caesenam frustra tentat. Forum Cornelii universamque Aemiliam recipit.* (19.) *Auximi obsidendi in aliud tempus reiecto, Urbem veterem Belisarius petit, et capit. Descriptio horrendae famis; qua saeviente, mulieres duae viros* 17. *vorarunt.* (20.) *Martinus et Uliaris Mediolano ferre iussi auxilium, ad Padum cunctantur. Paulus eos acri urget oratione. Martini ad Belisarium, Belisarii ad Narsetem literae. Mundilas a deditione facienda suos frustra dehortatur. Mediolani miserandum excidium.* (21.) *Belisarii dolor, audita Mediolanensium clade. Narsetem ex Italia revocat Imperator. Eruli inde migrant et paciscuntur cum Gotthis. Vitigis Langobardos ad societatem frustra invitat. Chosroem per Legatos hortatur, ut pacem cum Romanis compositam solvat. Iustinianus de pace cum Gotthis agit.* (22.) *Cyprianus ac Iustinus Faesulas obsident. Martinus et Ioannes Dertonam occupant. Belisarius Auximum obsidione cingit. Procopii sapiens consilium. Duplex signum duplici tuba editur.* (23.) *Gotthi Auximo literas ad Vitigin mittunt et opem rogant. Inane promissum Vitigis. Cyprianus ac Iustinus obsidione Faesulas premunt. Uraias Ticinum accitur. Pado transito, non audet Romanos aggredi.* (24.) *Theodeberti Francorum Regis in Italiam expeditio. Francorum arma. Padum ad Ticinum traiiciunt. Priscae superstitionis ritus quosdam affingit ipsis Procopius. Gotthos ac Romanos castris exuunt. Multi dysenteria pereunt. Belisarii ad Theodebertum epistola. Franci in Galliam remigrant.* (25.) *Gotthorum, qui Auximi obsidebantur, literas Romanus miles proditor ad Vitigin profert; ac deinde huius epistolam ad obsessos. Sclavenus Gotthum ex insidiis occupat, abripitque in castra: ubi ab ipso indicata proditione dat poenas proditor.* (26.) *Ad Auximi fontem certamen acerrimum. Faesularum, ac tandem Auximi deditio.* (27.) *Belisarius Ravennam commeatibus intercludit. A Francorum Regibus et Be-*

lisario missae ad Vitigin legationes. Incensa Ravennae horrea. Gotthorum, qui in Alpibus Cottiis degebant, deditio. (28.) *Iustinianus ad Vitigin Legatos de pace mittit. Pactis conventis subscribere renuit Belisarius. Coacto Ducum consilio pacem dissuadet. Gotthis Regnum deferentibus assentiri se simulans ei ipsos fallens, Ravennam ingreditur. Vitigin capit. Tarvisium et loca alia quaedam occupat.* (29.) *Belisarius Byzantium revocatur. Gotthi regnum Uraiae deferunt. Hic ut Ildibado deferatur suadet. Ildibadus susceptum regnum offert Belisario; qui honorem singulari modestia ac fide repudiat.* (30.)

α'. Μετὰ δὲ Ῥωμαῖοι παντὶ τῷ στρατῷ διακινδυνεύειν οὐκέτι ἐτόλμων. ἱππομαχίας δὲ ποιούμενοι ἐξ ἐπιδρομῆς τρόπῳ τῷ προτέρῳ τὰ πολλὰ τοὺς βαρβάρους ἐνίκων. ᾖεσαν δὲ καὶ πεζοὶ ἑκατέρωθεν, οὐκ ἐς φάλαγγα ξυντεταγμένοι, ἀλλὰ τοῖς ἱππεῦσιν ἑπόμενοι. καί ποτε Βέσσας ἐν πρώτῃ ὁρμῇ ἐς τοὺς πολεμίους P 388 ξὺν δόρατι ἐσπηδήσας τρεῖς τε τῶν ἀρίστων ἱππέων ἔκτεινε καὶ τοὺς ἄλλους ἐς φυγὴν ἔτρεψεν. αὖθις δὲ Κωνσταντῖνος τοὺς Οὔννους ἐπαγόμενος ἐν Νέρωνος πεδίῳ ἀμφὶ δείλην ὀψίαν, ἐπειδὴ τῷ πλήθει ὑπερβιαζομένους τοὺς ἐναντίους εἶδεν, ἐποίει τάδε. στάδιον μέγα ἐνταῦθα ἐκ παλαιοῦ ἐστιν, ἐν ᾧ δὴ οἱ τῆς πόλεως μονομάχοι τὰ πρότερον ἠγωνίζοντο, πολλά τε ἄλλα οἱ πάλαι ἄνθρωποι ἀμφὶ τὸ στάδιον τοῦτο οἰκήματα ἐδείμαντο, καὶ ἀπ' αὐτοῦ στενωποὺς, ὡς τὸ εἰκὸς, πανταχόθι τοῦ χωρίου ξυμβαίνει εἶναι. τότε οὖν Κωνσταντῖνος, ἐπεὶ οὔτε περιέσεσθαι τοῦ B τῶν Γότθων ὁμίλου εἶχεν οὔτε κινδύνου μεγάλου ἐκτὸς φεύγειν οἷός τε ἦν, ἀπὸ τῶν ἵππων ἀποβιβάσας ἅπαντας τοὺς Οὔννους πεζὸς ξὺν αὐτοῖς ἔς τινα τῶν ἐκείνῃ στενωπῶν ἔστη. ὅθεν δὴ βάλλοντες ἐκ τοῦ ἀσφαλοῦς τοὺς πολεμίους συχνοὺς ἔκτεινον. καὶ χρόνον μέν τινα οἱ Γότθοι βαλλόμενοι ἀντεῖχον. ἤλπιζον γὰρ, ἐπειδὰν τάχιστα τῶν Οὔννων τὰς φαρέτρας ἐπιλείποι τὰ

7. Κωνσταντῖνος] Κωνσταντιανὸς HL hic et infra. 10. ἐν ᾧ] ἐν om. HL. 11. ἄλλα accessit ex Vat. 12. οἰκήματα om. HL: sed habent in m. 16. οἷος] οὐχ οἷος L.

1. Exin Romani copiis omnibus non ausi amplius decernere, repetitis more pristino levibus equitum certaminibus, plerumque Barbaros vicerunt. Quanquam utrinque prodibant etiam pedites, non tamen instructa acie: sed turmas equestres sequebantur. Atque in primo quidem congressu Bessas cum hasta in hostes invectus, ex equitum flore tres sustulit: reliquos in fugam vertit. Iterum vero, cum in campum Neronianum Hunnos Constantinus eduxisset vesperi, seque hostium numero obrui videret, hanc viam iniit. Vetus ibi stadium est, sane magnum; in quo olim gladiatores urbis certabant, illudque ambiunt antiquae domus plurimae: quo fieri necesse est, ut locus vias ubique angustas habeat. Tum Constantinus, quoniam nec multitudinem hostilem vincere, nec sine magno periculo fugere poterat, Hunnos ex equis omnes desilire iussit, et cum illis ipse pedes in quodam eorum angiportuum stetit: unde tela mittentes tuto, hostem caede plurima afficiebant. Aliquandiu Gotthi, sic appetiti, se obfirmarunt, spe freti, fore ut simul Hunni pharetras ex-

βέλη, κύκλωσίν τε αὐτῶν οὐδενὶ πόνῳ ποιήσασθαι καὶ δήσαντες ἐς στρατόπεδον αὐτοὺς τὸ σφέτερον ἄξειν. ἐπεὶ δὲ οἱ Μασσαγέ- C ται, τοξόται μὲν ἀγαθοὶ ὄντες, ἐς πολὺν δὲ ὅμιλον βάλλοντες, τοξεύματι σχεδόν τι ἑκάστῳ πολεμίου ἀνδρὸς ἐπετύγχανον, ᾔσθοντο μὲν ὑπὲρ ἥμισυ ἀπολωλότες, ἤδη δὲ καὶ ἐπὶ δυσμὰς ἰόντος ἡλίου οὐκ ἔχοντες ὅ τι γένωνται ἐς φυγὴν ὥρμηντο. ἔνθα δὴ αὐτῶν πολλοὶ ἔπεσον. ἐπισπόμενοι γὰρ οἱ Μασσαγέται, ἐπεὶ V 57 τοξεύειν ὡς ἄριστα καὶ πολλῷ χρώμενοι δρόμῳ ἐπίστανται, οὐδέν τι ἧσσον ἐς νῶτα βάλλοντες ἔκτεινον. οὕτω τε ἐς Ῥώμην Κωνσταντῖνος ξὺν τοῖς Οὔννοις ἐς νύκτα ἧκε.

Περανίου δὲ ἡμέραις οὐ πολλαῖς ὕστερον Ῥωμαίων τισὶ διὰ πύλης Σαλαρίας ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἡγησαμένου ἔφευγον μὲν κατὰ D κράτος οἱ Γότθοι, παλινδιώξεως δὲ περὶ ἡλίου δυσμὰς ἐκ τοῦ αἰφνιδίου γεγενημένης, τῶν τις Ῥωμαίων πεζὸς ἐς μέγαν καταστὰς θόρυβον ἐς βαθεῖάν τινα διώρυχα ἐμπίπτει, οἷαι πολλαὶ τοῖς πάλαι ἀνθρώποις πρὸς σίτου παρακαταθήκην ἐνταῦθα, οἶμαι, πεποίηνται. οὔτε δὲ κραυγῇ χρῆσθαι τολμήσας, ἅτε που ἐγγὺς στρατοπεδευομένων τῶν πολεμίων, οὔτε τοῦ βόθρου τρόπῳ ὁτῳοῦν ἀπαλλάσσεσθαι οἷός τε ὤν, ἐπεὶ ἀνάβασιν οὐδαμῇ εἶχεν, αὐτοῦ διανυκτερεύειν ἠνάγκαστο. τῇ δὲ ἐπιγενομένῃ ἡμέρᾳ, τροπῆς αὖθις τῶν βαρβάρων γεγενημένης, τῶν τις Γότθων ἐς τὴν αὐτὴν κατώρυχα ἐμπίπτει. ἔνθα δὴ ἄμφω ἔς τε φιλοφρο-

2. αὐτοὺς] αὐτοῦ L. 4. τι om. L. 5. ἐπὶ HL in marg. habent. 6. ὅ τι] ὅπῃ HmPm indocte. 7. Μασσαγέται] μασαγέται L. 9. νῶτα] αὐτοὺς HL. 10. ἐς νύκτα] ἐς om. L. 13. Γότθοι, παλινδιώξεως] Γότθοι πάλιν. διώξεως HL.

hausissent, eos nullo negotio circumvenirent, vinctosque in sua castra ducerent. At cum Massagetae, periti utique sagittarii, et confertam in turbam utentes arcubus, sagittis fere singulis hostem aliquem figerent, plus dimidiam suorum partem caesam videntes Gotthi, nec valentes cogitata perficere, iam Sole in occasum praecipitante, in fugam se contulerunt. Nec pauci tum cecidere. Insequentes enim Massagetae, pro sua in tractando arcu singulari dexteritate, cum vel celerrime currunt, impulsis in terga telis, nihilo illos minus sternebant. Hoc re modo gesta Constantinus Romam sub noctem cum Hunnis rediit.

Paucis post diebus, cum in hostes Peranius Romanorum agmen eduxisset porta Salaria, effusique in fugam Gotthi, repente, circiter Solis occasum, reciprocum fecissent impetum, Romanus quidam pedes, perturbato animo, altam in scrobem decidit: cuiusmodi multas foderunt ibi veteres cives, condendi, ut opinor, frumenti causa. Et quoniam nec dare clamorem audebat, propter hostilium castrorum viciniam, neque ullo poterat pacto exire fovea, nusquam scansili, ibi noctem traducere coactus est. Postridie fugatis iterum Barbaris, Gotthus quidam in eamdem

*σύνην καὶ εὔνοιαν ξυνηλθέτην ἀλλήλοιν, ξυναγούσης αὐτοὺς
τῆς ἀνάγκης, τά τε πιστὰ ἔδοσαν, ἦ μὴν κατεσπουδασμένην
ἑκατέρῳ τὴν θατέρου σωτηρίαν εἶναι, καὶ τότε δὴ μέγα καὶ
ἐξαίσιον ἄμφω ἐβόων. Γότθοι μὲν οὖν τῇ τε φωνῇ ἐπισπό-
μενοι καὶ ὑπὲρ τῆς κατώρυχος διακύψαντες ἐπυνθάνοντο ὅστις* P 389
ποτὲ βοῶν εἴη. οὕτω δὲ τοῖν ἀνδροῖν δεδογμένον, σιωπὴν μὲν H 213
*ὁ Ῥωμαῖος εἶχεν, ἅτερος δὲ τῇ πατρίῳ γλώσσῃ ἔναγχος ἔφασκεν
ἐν τῇ γενομένῃ τροπῇ ἐμπεπτωκέναι, βρόχον τε αὐτῷ, ὅπως
ἀναβαίνοι, ἠξίου καθεῖναι. καὶ οἱ μὲν ὡς τάχιστα τῶν κάλων
τὰς ἀρχὰς ἀπορρίψαντες τοῦ Γότθου ποιεῖσθαί τινα ὁλκὴν ᾤον-
το, λαβόμενος δὲ ὁ Ῥωμαῖος τῶν βρόχων εἵλκετο ἄνω, τοιοῦτον
εἰπών, ὡς, ἢν μὲν αὐτὸς ἐπιβαίνοι πρῶτος, οὔποτε τοῦ ἑταί-
ρου ἀμελήσειν τοὺς Γότθους, ἢν δέ γε τὸν πολέμιον πύθωνται
μόνον ἐνταῦθα εἶναι, οὐδένα ἂν αὐτοῦ ποιοῖντο λόγον. ταῦτα
εἰπὼν ἀνέβη. καὶ αὐτὸν ἐπεὶ οἱ Γότθοι εἶδον, ἐθαύμαζόν τε καὶ
ἀμηχανίᾳ πολλῇ εἴχοντο, πάντα τε παρ' αὐτοῦ τὸν λόγον ἀκού-* B
*σαντες ἐν δευτέρῳ τὸν ἑταῖρον ἀνεῖλκον, ὃς δὴ αὐτοῖς τά τε ξυγ-
κείμενα σφίσι καὶ τὰ δεδογμένα πρὸς ἀμφοτέρων πιστὰ ἔφρασε.
καὶ αὐτὸς μὲν ξὺν τοῖς ἑταίροις ἀπιὼν ᾤχετο, τὸν δὲ Ῥωμαῖον
κακῶν ἀπαθῆ ἐς τὴν πόλιν ἀφῆκαν ἰέναι. ἔπειτα δὲ ἱππεῖς μὲν
πολλάκις ἑκατέρωθεν οὐ πολλοὶ ὡς ἐς μάχην ὡπλίζοντο, ἐς μονο-*

1. ξυνηλθέτην] Vulgo ξυνελθόντε. ξυνελθέτην Vat. 10. ἀπορρίψαντες] ἀπορίψαντες L. 12. ἢν] εἰ L. 13. ἀμελήσειν] ἀμελῆσαι (ει) L, ει a m. sec. 14. ποιοῖντο] ποιεῖν τὸ L. 17. ἑταῖρον] ἕτερον HL. ibid. ἀνεῖλκον L. Vulgo ἀνεῖλον. 19. ἑταίροις L. ἑτέροις P. 20. ἀφῆκαν] ἀφῆκεν L.

scrobem prolabitur, ubi se amore complexi mutuo, quem necessitas conciliabat, data invicem fide, salutem alterius alteri caram fore promittunt. Clamorem tum ingentem uterque tollere: ad quem conversi Gotthi, despicientesque e faucibus foveae, quis tandem inclamet, rogant. Ex compacto autem, premente vocem Romano, alter lingua patria eo se recenti in fuga delapsum dicit, oratque, uti funis, quo ascendat, sibi demittatur. Mox illi restium extrema iacere, rati Gotthum se subvecturos. At Romanus arreptis funibus sustolli coepit, causatus, si prior ipse ascenderet, Gotthos nunquam derelicturos sodalem: sin hostem restare solum audirent, omnino desererent. Haec locutus, ascendit. Eo viso, obstupefacti Gotthi haerebant: tum re ab ipso plane exposita, subinde sodalem extrahunt: qui factam inter se pactionem ac fidem datam asseruit, et Romano in urbem remisso incolumi, cum illis abiit. Postmodum equites haud multi numero prodierunt utrinque saepius instructa ad pugnandum acie: sed congressus omnis in certamina exiit

μαχίαν δὲ ἀεὶ τὰ τῆς ἀγωνίας αὐτοῖς ἐτελεύτα καὶ πάσας Ῥωμαῖοι
ἐνίκων. ταῦτα μὲν δὴ ὧδέ πη ἔσχεν.
Ὀλίγῳ δὲ ὕστερον ξυμβολῆς ἐν Νέρωνος γενομένης πεδίῳ,
διώξεις τε ἄλλων ἄλλῃ κατ' ὀλίγους ἱππεῖς ποιουμένων, Χορσά-
μαντις, ἐν τοῖς Βελισαρίου δορυφόροις εὐδόκιμος, Μασσαγέτης
C γένος, ξὺν ἑτέροις τισὶν ἄνδρας ἑβδομήκοντα τῶν πολεμίων ἐδίω-
κεν. ἐπειδή τε τοῦ πεδίου πόρρω ἐγένοντο, οἱ μὲν ἄλλοι Ῥω-
μαῖοι ὀπίσω ἀπήλαυνον, Χορσάμαντις δὲ μόνος ἔτι ἐδίωκεν.
ὅνπερ κατιδόντες οἱ Γότθοι στρέψαντες τοὺς ἵππους ἐπ' αὐτὸν
ᾔεσαν. καὶ ὁ μὲν ἐς ἄμυναν χωρήσας, ἕνα τε τῶν ἀρίστων
κτείνας, ἐπὶ τοὺς ἄλλους ᾔει, οἱ δὲ αὖθις τραπόμενοι ἐς φυ-
γὴν ὥρμηντο. αἰσχυνόμενοι δὲ τοὺς ἐν τῷ στρατοπέδῳ (ἤδη
γὰρ καὶ πρὸς αὐτῶν καθορᾶσθαι ὑπώπτευον) πάλιν ἰέναι ἐπ'
αὐτὸν ἤθελον. ταὐτὸ δὲ παθόντες, ὅπερ καὶ πρότερον, ἕνα
τε τῶν ἀρίστων ἀποβαλόντες, ἐς φυγὴν οὐδὲν ἧσσον ἐτράποντο,
D μέχρι τε τοῦ χαρακώματος τὴν δίωξιν ὁ Χορσάμαντις ποιησάμε-
νος ἀνέστρεψε μόνος. ὀλίγῳ τε ὕστερον ἐν μάχῃ ἑτέρᾳ κνήμην
τὴν ἀριστερὰν βληθέντι ἐνομίσθη τοῦτο εἶναι ἄκρου ὀστέου τὸ
βέλος ἁψάμενον. ἀπόμαχος μέντοι ἡμέρας ὅσας δὴ ἐπὶ ταύτῃ
γεγονὼς τῇ πληγῇ, ἅτε ἀνὴρ βάρβαρος, οὐκ ἤνεγκε πρᾴως, ἀλλ'
ἠπείλησε τῆς ἐς τὸ σκέλος ὕβρεως τοὺς Γότθους ὅτι τάχιστα τί-

4. κατ' ὀλίγους] Vulgo κατὰ λόγους. Correxit Classen. 14. ταὐ-
ε
τὸ Classen. Vulgo τοῦτο. ibid. πρότερον] πρότερον L.
18. βληθέντι] βάλλεται Vat. ibid. τοῦτο addidi ex Vat.
ibid. εἶναι Vat. Vulgo ἰέναι.

singularia, ex quibus Romani semper victoriam retulerunt. Haec ita se habuere.

Paulo post, pugna in campo Neronis inita, cum hostiles copias equitum turmae alio aliae disiicerent, Chorsamantis, Belisarii Protector inclytus, natione Massageta, cum nonnullis aliis insequi aggressus est hostes LXX. Ubi in campum longius provecti sunt, cursum retro vertentibus Romanis caeteris, unus Chorsamantis instare fugacibus pergit. Quo viso Gotthi, flexis equis, in eum vadunt. Ille contra irruens, occiso e fortissimis uno, reliquos adoritur. Hi terga vertentes iterum, dant se in fugam: qua pudore repressa, cum a suis, qui in castris erant, se iam conspici putarent, illum adorti denuo, atque ut ante accepti, uno e bellicosissimis amisso, perinde ac prius terga verterunt, eosque insecutus ad vallum usque Chorsamantis, solus rediit. Haud multo post, vulnerata in altero conflictu sinistra tibia, telum in summo osse haerere sensit. Qua plaga per dies aliquot pugnae factus inutilis, animo, ut erat Barbarus, impatienti, se poenas violati cruris propediem e Gotthis repetiturum mi-

σασθαι. ῥαΐσας οὖν οὐ πολλῷ ὕστερον ἔν τε ἀρίστῳ οἰνωμένος, ὥσπερ εἰώθει, μόνος ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἐβούλευσεν ἰέναι καὶ τῆς ἐς τὸν πόδα ὕβρεως τίσασθαι, ἔν τε Πιγκιανῇ γενόμενος πύλῃ, στέλλεσθαι πρὸς Βελισαρίου ἔφασκεν ἐπὶ τὸ τῶν ἐναντίων στρατόπεδον. οἱ δὲ ταύτῃ φρουροὶ (οὐδὲ γὰρ ἀπιστεῖν ἀνδρὶ τῶν Βελισαρίου δορυφόρων ἀρίστῳ εἶχον) τάς τε πύλας ἀνέῳξαν καὶ P 390 V 58
ὅπῃ βούλοιτο ἀφῆκαν ἰέναι. κατιδόντες τε αὐτὸν οἱ πολέμιοι, τὰ μὲν πρῶτα αὐτόμολον σφίσι τινὰ προσχωρεῖν ᾤοντο, ἐπεὶ δὲ ἀγχοῦ γενόμενος τοῦ τόξου εἴχετο, οὐκ εἰδότες ὅστις ποτὲ εἴη, χωροῦσιν ἐπ' αὐτὸν εἴκοσιν. οὓς δὴ εὐπετῶς ἀπωσάμενος ἀπήλαυνε βάδην, πλειόνων τε Γότθων ἐπ' αὐτὸν ἰόντων οὐκ ἔφυγεν. ὡς δὲ πλήθους πολλοῦ ἐπιρρέοντος ἀμύνεσθαι ἠξίου, Ῥωμαῖοι ἐκ τῶν πύργων θεώμενοι μαίνεσθαι μὲν τὸν ἄνδρα ὑπώπτευον, ὡς δὲ Χορσάμαντις εἴη οὔπω ἠπίσταντο. ἔργα μὲν ἐπιδειξάμενος μεγάλα τε καὶ λόγου πολλοῦ ἄξια, ἔς τε κύκλωσιν ἐμπεπτωκὼς B
τοῦ τῶν πολεμίων στρατεύματος, ποινὰς ἀλόγου θράσους ἐξέτισεν. ὅπερ ἐπειδὴ Βελισάριός τε καὶ Ῥωμαίων στρατὸς ἔμαθον, ἐν πένθει μεγάλῳ γενόμενοι, ἅτε τῆς πάντων ἐλπίδος ἐπὶ τῷ ἀνθρώπῳ διαφθαρείσης, ὠδύροντο.

β'. Εὐθάλιος δέ τις ἀμφὶ θερινὰς τροπὰς ἐς Ταρακίναν C
ἐκ Βυζαντίου ἧκε, χρήματα ἔχων ἅπερ τοῖς στρατιώταις βασιλεὺς ὦφλε. δείσας τε μὴ κατὰ τὴν ὁδὸν ἐντυχόντες πολέμιοι τὰ

18. τῆς πάντων] τῆς τῶν πάντων L. 20. Ταρακίναν] ταρκίναν HL hic et infra.

natus est. Nec multum spatium intercesserat, cum ille melius habens, in prandio, ubi pro more suo largiori vino incaluerat, hostes solus petere, et illatum pedi dedecus ultum ire decrevit. Ad portam Pincianam progressus, ait se ad hostium castra a Belisario mitti. Custodes, qui ibi aderant, nihil habentes causae cur Protectorum Belisarii fortissimo fidem negarent, apertis foribus, quo vellet ire sinunt. Conspicati ipsum hostes, primum quidem ad se transfugam aliquem accedere existimarunt. Ubi autem is in propinquo arcum expediit, ignari quid tandem hominis esset, ad ipsum tendunt viginti. Quibus ille facile repulsis, lento gradu adequitat, nec retro cedit, ingruente maiori Gotthorum numero Quo circumfusus cum vim contra susciperet, spectantes e turribus Romani, insanire hominem iudicabant, necdum Chorsamantim esse illum sciebant. Is facinoribus magnis ac praestantibus editis, hostili circumventus exercitu, inconsideratae audaciae poenas dedit. Rei nuntio Belisarius Romanusque exercitus in gravissimum luctum vocati, accisam in eo viro spem publicam lamentabantur.

2. Circiter solstitium aestivum, Euthalius quidam Byzantio Tarracinam venit, stipendia militibus Imperatore debita ferens. Veritus autem ne in via, si in hostes incideret, ab illis vita pariter ac pecunia

χρήματά τε ἀφέλωνται καὶ αὐτὸν κτείνωσι, γράφει πρὸς Βελισάριον ἀσφαλῆ οἱ ἐς Ῥώμην τὴν πορείαν ποιήσασθαι. ὁ δὲ ἄνδρας μὲν ἑκατὸν τῶν αὐτοῦ ὑπασπιστῶν δοκίμους ἀπολεξάμενος ξὺν δορυφόροις δύο πέμπει ἐς Ταρακίναν ὑπὲρ τοῦ τὰ χρήματα ξυγκομίσαι. δόκησιν δὲ ἀεὶ τοῖς βαρβάροις παρείχετο ὡς παντὶ τῷ στρατῷ μαχεσόμενος, ὅπως δὴ μὴ ἐνθένδε τῶν πολεμίων τινὲς ἢ τροφῶν ξυγκομιδῆς ἕνεκα ἢ ἄλλου ὁτουοῦν ἴωσιν. ἐπεὶ
D H 214 *δὲ τῇ ὑστεραίᾳ τοὺς ἀμφὶ Εὐθάλιον ἔγνω παρέσεσθαι, διεῖπέ τε καὶ διεκόσμει ὡς ἐς μάχην τὸ στράτευμα, καὶ οἱ βάρβαροι ἐν παρασκευῇ ἦσαν. ὅλην μὲν δείλην πρωίαν κατεῖχεν ἀμφὶ τὰς πύλας τοὺς στρατιώτας. ᾔδει γὰρ Εὐθάλιόν τε καὶ τοὺς ξὺν αὐτῷ ἐς νύκτα ἀφίξεσθαι. ἐς δὲ ἡμέραν μέσην ἄριστον ἐκέλευε τὸ στράτευμα αἱρεῖσθαι, καὶ οἱ Γότθοι ταὐτὸ τοῦτο ἐποίουν, ἐς τὴν ὑστεραίαν αὐτὸν οἰόμενοι τὴν ξυμβολὴν ἀποτίθεσθαι. ὀλίγῳ δὲ ὕστερον Μαρτῖνον μὲν καὶ Βαλεριανὸν ξὺν τοῖς ἑπομένοις ἐς Νέρωνος πεδίον Βελισάριος ἔπεμψε, ξυνταράσσειν ὅτι μάλι-*
P 391 *στα ἐπιστείλας τὸ τῶν πολεμίων στρατόπεδον. ἐκ δὲ πυλίδος Πιγκιανῆς ἱππέας ἑξακοσίους ἐπὶ τὰ τῶν βαρβάρων χαρακώματα ἔστελλεν. οἷς δὴ τρεῖς τῶν αὐτοῦ δορυφόρων ἐπέστησεν, Ἀρτασίνην τε ἄνδρα Πέρσην καὶ Βούχαν Μασσαγέτην γένος καὶ Κουτίλαν Θρᾷκα. καὶ πολλοὶ μὲν αὐτοῖς τῶν ἐναντίων ἀπήντησαν. χρόνον δὲ πολὺν ἡ μάχη χερσὶν οὐκ ἐγίνετο, ἀλλ᾽ ἐπιοῦσί*

9. *στράτευμα*] *στρατόπεδον* HL. *ibid.* *οἱ βάρβαροι* P ex Vat. *ἡ μάχη* HL. 10. *ἦσαν*] *ἦν* Lm. 18. *Πιγκιανῆς*] *πιγγιανῆς* Hm. 20. *βούχαν* L. *Βοῦχαν* P. 21. *Κουτίλαν*] *βουτίλαν* L.

spoliaretur, ad Belisarium scribit, tutum det iter Romam. Ille centum perspectae fortitudinis viros, e Scutariis suis delectos, cum Praetorianis duobus hastatis Tarracinam destinat, pecuniam comportaturos: nec intermittit praelii mox copiis omnibus ineundi speciem praebere Barbaris; ne qua hostium manus vel commeatum, vel cuiuspiam alius rei causa digrederetur. Postridie cum affuturum Euthalium intelligeret, in speciem instruxit aciem: steteruntque Barbari in procinctu. Et quoniam non nisi sub noctem Euthalium eiusque comites adventuros sciebat, mane quidem toto paratos ad portas milites tenuit, meridie vero prandere iussit: idemque fecere Gotthi, ipsum rati in diem posterum pugnam differre. At paulo post Belisarius Martinum et Valerianum cum turmis, quibus praeerant, in campum Neronianum emittit, iussos quam maxime possent hostium copias turbare velitationibus. Eiusdem imperio, porta Pinciana in Barbarorum castra se eiecerunt sexcenti, quibus tres e stipatoribus suis praeposuerat, Artasinem natione Persam, Bucham Massagetam, et Cutilam Thracem. Magno hostibus numero factis obviam, diu certatum est, non collata manu; sed ita, ut invicem invadentibus fuga

τε ὑπεχώρουν ἀλλήλοις καὶ τὰς διώξεις ἑκάτεροι ἀγχιστρόφους ποιούμενοι ἐῴκεισαν βουλευομένοις ἐς τοῦτο σφίσι δαπανᾶσθαι τὸν τῆς ἡμέρας χρόνον. προϊόντες μέντοι ὀργῇ ἐς ἀλλήλους εἴχοντο ἤδη. καρτερᾶς τε γεγενημένης τῆς ξυμβολῆς, ἑκατέρων μὲν πολλοὶ καὶ ἄριστοι ἔπεσον, ἀμφοτέροις δὲ ἀπό τε τῆς πόλεως καὶ τῶν χαρακωμάτων ἐπίκουροι ἦλθον. ὧν δὴ ἀναμιγνυμένων B
τοῖς μαχομένοις ἔτι μᾶλλον ὁ πόνος ἐπὶ μέγα ἤρετο. καὶ ἡ κραυγὴ τήν τε πόλιν καὶ τὰ στρατόπεδα περιλαβοῦσα τοὺς μαχομένους ἔπλησε. τέλος δὲ Ῥωμαῖοι ἀρετῇ ὠσάμενοι τοὺς πολεμίους ἐτρέψαντο. ἐν τούτῳ τῷ ἔργῳ Κουτίλας μέσην τὴν κεφαλὴν ἀκοντίῳ πληγεὶς καὶ ταύτῃ τὸ δοράτιον ἐμπεπηγὸς ἔχων ἐδίωκε. τῆς τε τροπῆς γενομένης ἅμα τοῖς περιοῦσιν ἐς τὴν πόλιν ἀμφὶ ἡλίου δύσιν ἐσήλασε, κραδαινομένου οἱ ἐν τῇ κεφαλῇ τοῦ ἀκοντίου, θέαμα λόγου πολλοῦ ἄξιον. ἐν τούτῳ δὲ καὶ Ἄρζην, τῶν Βελισαρίου ὑπασπιστῶν ἕνα, τῶν τις Γότθων τοξότης μεταξὺ τῆς τε ῥινὸς καὶ τοῦ ὀφθαλμοῦ τοῦ δεξιοῦ βάλλει. καὶ τοῦ μὲν τοξεύματος ἡ ἀκὶς ἄχρι ἐς τὸν αὐχένα ὀπίσω διῆλθεν, οὐ μέντοι C V 69
διεφάνη, τοῦ δὲ ἀτράκτου τὸ λειπόμενον ἐπῆν τε τῷ προσώπῳ καὶ ἱππευομένου τοῦ ἀνθρώπου ἐσείετο. ὃν δὴ ξὺν τῷ Κουτίλᾳ θεώμενοι ἐν θαύματι μεγάλῳ ἐποιοῦντο Ῥωμαῖοι, ὅτι δὴ ἱππεύοντο, οὐδεμίαν ἐπιστροφὴν τοῦ κακοῦ ἔχοντες. ταῦτα μὲν οὖν ἐφέρετο τῇδε.

Ἐν δὲ Νέρωνος πεδίῳ τὰ τῶν βαρβάρων πράγματα καθυπέρτερα ἦν. οἵ τε ἀμφὶ Βαλεριανὸν καὶ Μαρτῖνον, πλήθει πολ-

9. ἔπλησε] ἐξέπληγε Pm. Voluit fortasse ἐξέπλησσε vel ἐξέπληξε. 14. Ἄρζην] ἄρξην HL. Quod infra quoque p. 392 a. b. restitui vult Hoeschel.

alterna cederent, incursibusque reciprocis diem utrique conterere velle viderentur. Eo demum progressi, ut ira iam mutua exardescerent, acri commisso certamine, ceciderunt utrinque multi, iique fortissimi. Utrisque missi ab urbe et castris subsidiarii cum se admiscuissent pugnantibus, increbuit praelium, clamore accensum, qui ab urbe et castris circumsonabat. Tandem Romanorum virtute fusus hostis terga dat. Cutilas spiculum gerens medii capitis infixum vulneri, quod in eo conflictu acceperat, insecutus est Barbaros, hisque dissipatis, cum suis, qui superant, circiter Solis occasum urbem ingressus, tremente in capite spiculo, omnium oculos merito in se convertit. Tum quoque Arzi, qui e Scutariis Belisarii unus erat, sagittarius quidam Gotthus vulnus inflixit inter nasum et oculum dexterum. Latebat ad cervicem usque adacta sagittae cuspis: pars eius reliqua vultu existens, equitante homine, quatiebatur. Eo viso cum Cutila, obstupuere Romani, quod ambo equos agerent summo cum doloris contemptu. Ita res ibi cessit.

At in campo Neroniano res Barbarorum meliore erant loco. Fortiter quidem cum ingenti hostium numero decertantes Valeriani ac Mar-

λῷ πολεμίων μαχόμενοι, καρτερῶς μὲν ἐφίσταντο, ἔπασχον δὲ τὰ δεινότατα, καὶ κινδύνου ἐς μέγα τι ἀφίκοντο χρῆμα. καὶ τότε Βελισάριος Βοῦχαν ἐκέλευεν ἐπαγόμενον τοὺς ξὺν αὐτῷ
D ἀκραιφνέσι σώμασί τε καὶ ἵπποις ἐκ τῆς ξυμβολῆς ἐπανήκοντας ἐς Νέρωνος πεδίον ἰέναι. ἤδη δὲ ἦν τῆς ἡμέρας ὀψέ. καὶ Ῥωμαίοις τῶν ἀμφὶ Βοῦχᾳ ἐπιβεβοηθηκότων ἐκ τοῦ αἰφνιδίου τροπὴ τῶν βαρβάρων ἐγένετο, ἐς ἣν ἐπὶ πλεῖστον Βοῦχας ἐμπεσὼν ἐς κύκλωσιν δυοκαίδεκα πολεμίων δόρατα φερόντων ἀφίκετο. καὶ αὐτὸν ἔπαισαν ὁμοῦ τοῖς δόρασιν ἅπαντες. τοῦ δὲ θώρακος ὑφισταμένου αἱ μὲν ἄλλαι πληγαὶ οὐ σφόδρα ἐλύπουν, εἷς δὲ τῶν Γότθων ἐξόπισθεν ὑπὲρ μασχάλην τὴν δεξιὰν γυμνοῦ τοῦ σώματος ἄγχιστα τοῦ ὤμου ἐπιτυχὼν ἔπληξε τὸν νεανίαν, οὐ καιρίαν μέντοι, οὐδὲ ἐς θανάτου κίνδυνον ἄγουσαν. ἔμπροσθεν δὲ ἄλλος μηρὸν αὐτοῦ τὸν εὐώνυμον νύξας τὸν ταύτῃ μυῶνα οὐκ εὐ-
P 392 θείᾳ τινὶ, ἀλλ' ἐγκαρσίᾳ πληγῇ ἔτεμε. Βαλεριανὸς δὲ καὶ Μαρτῖνος τὰ ποιούμενα κατεῖδόν τε καὶ οἱ ἐπιβεβοηθηκότες ὡς τάχιστα ἔτρεψάν τε τοὺς πολεμίους καὶ τοῦ χαλινοῦ τοῦ Βοῦχα ἵππου ἄμφω λαβομένω ἐς τὴν πόλιν ἀφίκοντο. νύξ τε ἐπεγένετο καὶ ξὺν τοῖς χρήμασιν Εὐθάλιος ἦλθεν.

Ἐπεὶ δὲ ἅπαντες ἐν τῇ πόλει ἐγένοντο, τῶν τραυμάτων ἐπεμελοῦντο. Ἄρζου μὲν οὖν τὸ βέλος ἀπὸ τοῦ προσώπου ἀφελέσθαι βουλόμενοι οἱ ἰατροὶ χρόνον τινὰ ἤσχαλλον, οὐχ ὅτι τοῦ

3. *Βοῦχαν*] *βοῦχαν* L. 9. *ἔπαισαν*] *ἔπεσαν* L: illud Lm. 15. *ἔτεμε*] *ἔτιμε* L. *ἔτυχε* Lm et ab al. m. *ἔταμε*. 18. *λαβομένω* vel *λαβόμενοι* Maltretus. Legebatur *λαβομένου*. 20. *τραυμάτων*] *στρατευμάτων* L. *ἴσ. τραυμάτων* Lm. *τραυματιῶν* Classenus. 22. *ἤσχαλλον*] *ἤσχαλον* L, et sic passim.

tini turmae, eorum impetum sustinebant, sed cum maximo detrimento, ita ut in extremum discrimen venerint. Tum Buchae Belisarius imperavit, ut suos, corporibus et equis integris reversos e praelio, in campum Neronis educeret. Iam vesper aderat, cum Romani Buchae auxilio confirmati, repente Barbaros in fugam verterunt. Insequendo longius progressum Bucham, cum hostes XII. hastati circumclusissent, simul omnes hastis percussere. Resistente autem lorica, caeteris ictibus parum laeso adolescenti, Gotthorum unus, a tergo nudum corpus supra axillam dexteram proxime humerum attingens, plagam imposuit, nec mortiferam, nec periculosam. Alter a fronte confixo eiusdem femore sinistro, partis huius musculum non recto ictu, sed obliquo secuit. Simul haec Valerianus et Martinus animadverterunt, laboranti allata ope, hostes fugarunt, et ambo Buchae equum fraeno ducentes, ad urbem pervenerunt. Orta nocte, Euthalius cum pecunia affuit.

Postquam omnes in urbem se recepere, curandis operam dedere vulneribus. Ac sagittam ex Arzis vultu cum extrahere vellent medici, haeserunt anxii aliquandiu, non modo oculi gratia, cuius saluti despera-

ὀφθαλμοῦ ἕνεκεν, ὃν δὴ οὐκ ἄν ποτε σωθήσεσθαι ὑπετόπαζον, ἀλλ' ὅπως μὴ ὑμένων τε καὶ νεύρων τρήσεσιν, οἷα πολλὰ ἐνταῦθα, ἄνδρα τῆς Βελισαρίου οἰκίας ἄριστον διαφθείρωσιν. ἔπειτα B δὲ τῶν τις ἰατρῶν, Θεόκτιστος ὄνομα, ὄπισθεν ἐς τὸν αὐχένα ἐρείσας ἐπυνθάνετο τοῦ ἀνθρώπου εἰ λίαν ἀλγοίη. τοῦ δὲ ἀλγεῖν φήσαντος, οὐκοῦν αὐτός τε σωθήσῃ, εἶπε, καὶ τὴν ὄψιν οὐκ ἂν βλαβήσῃ. ταῦτα δὲ ἰσχυρίσατο τεκμαιρόμενος, ὅτι τοῦ H 215 βέλους ἡ ἀκὶς τοῦ δέρματος οὐ πόρρω διήκει. τοῦ μὲν οὖν ἀτράκτου ὅσον ἔξω ἐφαίνετο ἐκτεμὼν ἔρριψε, διελὼν δὲ τῶν ἰνῶν τὸ σῶμα, οὗ μάλιστα ὁ ἀνὴρ πολυώδυνος ἦν, ἐντεῦθεν πόνῳ οὐδενὶ τὴν ἀκίδα ἐφείλκυσε, τρισί τε προὔχουσαν λεπίσιν ὀξείαις καὶ μοῖραν τοῦ βέλους τὴν λειπομένην ξὺν αὐτῇ φέρουσαν. οὕτω τε Ἄρζης κακῶν παντάπασιν ἀπαθὴς διέμεινε καὶ οὐδὲ ἴχνος αὐτοῦ C τῆς πληγῆς εἰς τὸ πρόσωπον ἀπελείπετο. Κουτίλας δὲ βιαιότερον τοῦ δορατίου ἐκ τῆς κεφαλῆς ἀφαιρεθέντος (ἐπεπήγει γὰρ ἐπὶ πλεῖστον) ἐς λειποθυμίαν ἐξέπεσεν. ἐπεὶ δέ οἱ φλεγμαίνειν οἱ τῇδε μήνιγγες ἤρξαντο, φρενίτιδι νόσῳ ἁλοὺς οὐ πολλῷ ὕστερον ἐτελεύτησε. Βούχαν μέντοι αὐτίκα αἵματός τε ῥύσις ἄφατος ἐκ τοῦ μηροῦ ἔσχε καὶ τεθνηξομένῳ οὐκ εἰς μακρὰν ἐῴκει. αἴτιον δὲ τούτου εἶναι ἰατροὶ ἔλεγον, ὅτι οὐκ ἐπ' εὐθείας, ἀλλ' ἐγκαρσίᾳ ἐντομῇ τὸν μυῶνα ἡ πληγὴ ἔκοψεν. ἡμέραις γοῦν ἀπέθανε τρισὶν ὕστερον. διὰ ταῦτα μὲν οὖν Ῥωμαῖοι τὴν νύκτα ὅλην ἐκείνην ἐν πένθει μεγάλῳ ἐγένοντο. Γότθων δὲ θρῆνοι πολλοὶ

2. πολλὰ add. ex L. 11. τρισί τε] τρισὶ δὲ HL. τρισί τε Hm. *ibid.* λεπίσιν Scaliger. Libri ὀπίσω.

bant, sed ne membranis ac nervis, qualia ibi multa sunt, pertusis, viro, domesticorum Belisarii generosissimo, interitum afferrent. Deinde medicus quidam, Theoctistus nomine, cervici adnitens, ex eo quaesiit, hincne multum doleret? Ac dolere se affirmanti, *Ergo*, inquit, *sospes eris*, *et integro valebis oculo.* Haec aiebat, certo coniiciens, eo sagittae cuspidem evasisse, ut abesset a cute propius. Itaque teli partem, quae extabat, praecisam abiicit, divisisque nervis dissectione, ubi sensus doloris erat acerrimus, inde nullo negotio mucronem avellit trifidum, et alteram sagittae partem secum trahentem. Atque ita Arzes incolumis servatus est, immo nec vestigium vulneris in eius vultu superfuit. Cutilas vero, cum ex ipsius capite eductum fuisset spiculum maiori vi (quippe altius infixum sedebat) in deliquium incidit, coeptisque inflammari membranis cerebri, phrenesi correptus, paulo post moritur. Quod ad Bucham attinet, profusam ex illius femore vim sanguinis maximam subsecutura mors visa est. Cuius rei causam afferebant hanc medici, quod ictus non recta, sed obliqua incisione musculum secuisset. Quare tertio post die animam egit. Propterea Romani illam noctem integram traduxere magno in luctu, dum etiam plurima Gotthorum lamenta et graves comploratio-

D καὶ κωκυτοὶ μεγάλοι ἐκ τῶν χαρακωμάτων ἠκούοντο. καὶ ἐθαύμαζόν γε Ῥωμαῖοι, ἐπεὶ οὐδὲν ἐδόκει πάθος ξυμβῆναι τοῖς πο-
ἰσχυρίζετο ἀκηκοέναι, ἡνίκα παρὰ τοῖς πολεμίοις ἐτύγχανεν ὤν, Γερμανὸν μὲν τὸν βασιλέως ἀνεψιὸν ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθῆναι, Ἰωάννην δὲ τὸν αὐτοῦ κηδεστὴν καὶ Ἰουστινιανὸν τὸν αὐτοῦ παῖδα παντὶ τῷ στρατῷ πρὸς Γερμανοῦ ξυλλεγέντι εἶναι μὲν ἤδη ἐν
V 177 Δαλματίᾳ, εὐθὺ δὲ Λιγουρίας αὐτίκα δὴ μάλα ξυσκευαζομένους ἐνθένδε χωρήσειν, ἐφ' ᾧ δὴ Γότθων ἐξ ἐπιδρομῆς παῖδάς τε καὶ γυναῖκας ἀνδραποδίσωσι καὶ χρήματα ληίσωνται πάντα, οἷσπερ ἡμᾶς ὑπαντιάζειν ἄμεινον ἂν εἴη ἐν τῷ ἀσφαλεῖ ξὺν τοῖς οἰκείοις διαχειμάζοντας. ἢν γὰρ ἐκείνων περιεσώμεθα, Σικελίας αὖθις ἅμα ἦρι ἀρχομένῳ παρέσται ἡμῖν ἀδεέστερον ἐπιβήσεσθαι πολέμιον οὐδὲν ἐν νῷ ἔχουσι. ταύτῃ ὁ Τωτίλας τῇ ὑποθήκῃ ἀνα-
P 563 πεισθεὶς φρουροὺς μὲν ἐν ὀχυρώμασι τέτρασιν εἴασεν, αὐτὸς δὲ ξύμπασαν τὴν λείαν ἐπαγόμενος παντὶ τῷ ἄλλῳ στρατῷ ἐς Ἰταλίαν διεπορθμεύσατο. ταῦτα μὲν οὖν ἐπράσσετο τῇδε.

Ἰωάννης δὲ καὶ ὁ βασιλέως στρατὸς ἀφικόμενοι ἐς Δαλματίαν ἐν Σάλωσι διαχειμάζειν ἔγνωσαν, ἐνθένδε μετὰ τὴν τοῦ χειμῶνος ὥραν εὐθὺ Ῥαβέννης ὁδῷ ἰέναι διανοούμενοι. Σκλαβηνοὶ δὲ, οἵ τε τὰ πρότερα ἐν γῇ τῇ βασιλέως γενόμενοι, ὥσπερ μοι ἔναγχος δεδιήγηται, καὶ ἄλλοι οὐ πολλῷ ὕστερον Ἴστρον τε
H 317 ποταμὸν διαβάντες καὶ τοῖς προτέροις ἀναμιχθέντες, κατέθεον ἐν

4. στρατῷ — ξυλλεγέντι] πρὸς γερμανῶν ξυλλεγέντι στρατῷ L. 7. ἀνδραποδίσωσι — ληίσωνται Reg. ἀνδραποδίσουσι — ληίσονται P. 12 φρουροὺς] φρουρὰς Reg. 15. ἀφικόμενοι] ἀφικόμενος H: illud Hm. *ibid.* ἐν δαλματίᾳ εἰς σάλωνας L. 18. γῇ τῇ L. τῇ γῇ P.

cum inter hostes versaretur, audisse, Germanum, Imperatoris nepotem, migrasse ex vita, ac Ioannem illius generum, Iustinianumque eiusdem filium, cum exercitu, quem Germanus collegerat, esse iam in Dalmatia, et primo quoque tempore collectis sarcinis, inde recta petituros Liguriam, ut subito incursu Gotthorum liberos et coniuges caperent, opesque omnes praedarentur. *Atqui*, inquit, *satius esset eorum consilio ire obviam, tuto cum nostris hiemantes. Nam si illos vicerimus, nobis ab hoste securis licebit iterum ineunte vere Siciliam invadere liberius.* Commonitione eiusmodi inductus Totilas, in locis quatuor firmioribus praesidia reliquit, et cum omni praeda caeterisque copiis in Italiam transfretavit. Haec ibi acta.

Ioannes vero et Imperatoris exercitus, cum in Dalmatiam pervenissent, Salonis hiemem traducere constituerunt, statim ab illius exitu Ravennam recta ire habentes in animo. At Sclaveni, tum qui prius in oras Imperatori subditas se intulerant, quemadmodum proxime commemoravi, tum qui paulo post, traiecto amne Istro, illis se permiscuerant,

πολλῇ ἐξουσίᾳ τὴν Ῥωμαίων ἀρχήν. καὶ τινὲς μὲν ἐν ὑποψίᾳ εἶχον ὡς Τωτίλας τούτους δὴ τοὺς βαρβάρους χρήμασι πολλοῖς ἀναπείσας ἐπιπέμψειε τοῖς ταύτῃ Ῥωμαίοις, ὅπως δὴ βασιλεῖ B ἀδύνατα εἴη τὸν πρὸς Γότθους πόλεμον ἀσχολίᾳ τῇ ἐς τούτους δὴ τοὺς βαρβάρους εὖ διοικήσασθαι. εἴτε δὲ Τωτίλᾳ χαριζόμενοι εἴτε ἄκλητοι Σκλαβηνοὶ ἐνταῦθα ἦλθον οὐκ ἔχω εἰπεῖν. ἐς τρία μέντοι τέλη σφᾶς αὐτοὺς διελόντες οἱ βάρβαροι οὗτοι ἀνήκεστα ἐν Εὐρώπῃ τῇ ὅλῃ ἔργα εἰργάσαντο, οὐκ ἐξ ἐπιδρομῆς ληιζόμενοι τὰ ἐκείνῃ χωρία, ἀλλ' ὥσπερ ἐν χώρᾳ οἰκείᾳ διαχειμάζοντες οὐδένα τε δεδιότες πολέμιον. ὕστερον δὲ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς στρατιὰν ἀξιολογωτάτην ἐπ' αὐτοὺς ἔπεμψεν, ἧς ἄλλοι τε καὶ Κωνσταντιανὸς καὶ Ἀράτιος καὶ Ναζάρης ἡγοῦντο καὶ Ἰουστῖνος ὁ Γερμανοῦ παῖς καὶ Ἰωάννης, ὅνπερ ἐπίκλησιν ἐκάλουν C Φαγᾶν. ἐπιστάτην δὲ Σχολαστικὸν ἐφ' ἅπασι κατεστήσατο, τῶν ἐν παλατίῳ εὐνούχων ἕνα. οὗτος ὁ στρατὸς μοῖραν τῶν βαρβάρων καταλαμβάνουσιν ἀμφὶ Ἀδριανοῦ πόλιν, ἥπερ ἐπὶ Θρᾴκης ἐν μεσογείοις κεῖται, πέντε ἡμερῶν ὁδὸν Βυζαντίου διέχουσα. καὶ πρόσω μὲν χωρεῖν οἱ βάρβαροι οὐκέτι εἶχον. λείαν γὰρ ἐπήγοντο ἀνθρώπων τε καὶ ζῴων ἄλλων καὶ πάντων χρημάτων ἀριθμοῦ κρείσσονα. μένοντες δὲ αὐτοῦ ἠπείγοντο τοῖς πολεμίοις ἐς χεῖρας ἰέναι, τούτοις δὲ αὐτοῖς αἴσθησιν ὡς ἥκιστα παρεχόμενοι. καὶ οἱ μὲν Σκλαβηνοὶ ἐστρατοπεδεύοντο ἐς τὸ ὄρος, ὃ ταύτῃ ἀνέ-

10. βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς] ἰουστ. β. L. 11. ἐπ' L. ἐς P. 14. Σχολαστικὸν] σχολαστίκιον H: illud Hm. 17. διέχουσα] διέχουσαν Reg.

impunissime Romanum Imperium incursarunt. Nec deerant qui suspicarentur hos Barbaros multa pecunia pellectos immissosque a Totila in Romanos fuisse, ut ab illis districtus Imperator bellum Gotthicum bene administrare non posset. Sintne Totilae gratificati Sclaveni, an eo venerint non vocati, dicere nequeo. Divisis tripartito copiis, toti Europae damna gravissima intulerunt hi Barbari, non cursim populabundi; sed perinde ac si essent in suis finibus, sine ullo hostium metu hibernantes. In eos postmodum Imperator egregium destinavit exercitum: cuius cum alii Duces erant, tum Constantianus, Aratius, Nazares, Iustinus alter Germani filius, et Ioannes cognomine Heluo. Porro Scholasticum praefecit omnibus, unum e numero Eunuchorum Palatii. Barbarorum partem offendit hic exercitus ad Adrianopolin, urbem Thraciae mediterraneam, ac dierum iter quinque Byzantio dissitam. Iam Barbari progredi non poterant. Etenim captivorum ac pecudum innumerabilem vim cum opibus cuiusquemodi abducebant. Quare eo loci haerentes, ad pugnam ita se expediebant, nihil ut hosti suboleret. Ac Slaveni quidem

χει, Ῥωμαῖοι δὲ οὐ πολλῷ ἄποθεν ἐν τῷ πεδίῳ. χρόνου δὲ σφίσιν ἐν ταύτῃ τῇ προσεδρείᾳ τριβομένου συχνοῦ ἤσχαλλόν τε οἱ
D στρατιῶται καὶ δεινὰ ἐποιοῦντο, τοῖς στρατηγοῖς ἐπικαλοῦντες, ὅτι δὴ αὐτοὶ τὰ ἐπιτήδεια ξύμπαντα εὔπορα ἔχοντες, ἅτε τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ ἄρχοντες, τοὺς στρατιώτας περιορῶσι τῶν ἀναγκαίων τῇ ἀπορίᾳ πιεζομένους καὶ οὐ βούλονται τοῖς πολεμίοις ἐς χεῖρας ἰέναι. οἷς δὴ οἱ στρατηγοὶ ἀναγκασθέντες τοῖς ἐναντίοις ξυνέμιξαν. καὶ γίνεται μὲν καρτερὰ μάχη, ἡσσῶνται δὲ κατὰ κράτος Ῥωμαῖοι. ἔνθα δὴ στρατιῶται μὲν πολλοί τε καὶ ἄριστοι θνήσκουσιν, οἱ δὲ στρατηγοὶ παρ' ὀλίγον ἐλθόντες ὑπὸ τοῖς πολεμίοις γενέσθαι ξὺν τοῖς καταλοίποις μόλις διαφυγόντες ἐσώθησαν, ὥς πη ἑκάστῳ δυνατὰ γέγονε. καὶ Κωνσταντιανοῦ δὲ τὸ σημεῖον οἱ βάρβαροι εἷλον, τοῦ τε Ῥωμαίων
P 564 στρατοῦ ἐς ὀλιγωρίαν τραπόμενοι πρόσω ἐχώρουν. καὶ χώραν τὴν Ἀστικὴν καλουμένην ἐληΐζοντο κατ' ἐξουσίαν, ἀδῄωτον ἐκ παλαιοῦ οὖσαν, καὶ ἀπ' αὐτοῦ λείαν αὐτοὺς πολλήν τινα ἐνταῦθα εὑρεῖν ξυνηνέχθη· οὕτω δὲ χώραν πολλὴν ληϊζόμενοι ἄχρι ἐς τὰ μακρὰ τείχη ἀφίκοντο, ἅπερ ὀλίγῳ πλέον ἢ ἡμέρας ὁδὸν Βυ-
V 178 ζαντίου διέχει. οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον ὁ Ῥωμαίων στρατὸς τούτοις δὴ ἐπισπόμενοι τοῖς βαρβάροις, μοίρᾳ τε αὐτῶν ἐντυχόντες τινὶ καὶ ἐξαπιναίως ἐς χεῖρας ἐλθόντες ἐτρέψαντο. καὶ τῶν μὲν πολεμίων πολλοὺς ἔκτειναν, Ῥωμαίων δὲ τῶν αἰχμαλώτων μέγα τι διεσώσαντο χρῆμα, τό τε Κωνσταντιανοῦ σημεῖον εὑρόντες

1. οὐ πολλῷ — πεδίῳ] ἐν τῷ πεδίῳ οὐ πολλῷ ἄποθεν L. 2. προσεδρείᾳ] Vulgo προσεδρίᾳ. 14. χώραν om. L. 18. ἡμέρας ὁδὸν Reg. ὁδῷ ἡμέρας P.

in monte, qui illic eminet, Romani vero in planitie castra metati sunt. Diu sederant, cum victi impatientia milites, de Ducibus cum indignatione coepere queri, quod dum ipsi, utpote Romani Duces, cibariis omnibus abundarent, milites despicarentur victus inopia pressos, nec manum cum hostibus conferre vellent. His querelis adacti Duces cum hoste confligunt. Fervet proelium: vi demum victis Romanis, milites multi, iique fortissimi, ibi cadunt: Duces, ab hostibus tantum non capti, vixque elapsi cum reliquis, evadunt quo cuique licet. Constantini vexillum cepere Barbari, ac spreto Romanorum exercitu ulterius progressi, Asticam, quam appellant, regionem vastarunt, iamdiu intactam: quamobrem praedam ibi copiosissimam invenerunt. Late facta populatione, pervenerunt ad Muros longos, qui Byzantio diei itinere paulo amplius distant. Aliquanto post Romanus exercitus hos secutus Barbaros, partemque eorum nactus, repentino ipsos fuderunt impetu, ac caesis plurimis, captivorum Romanorum ingentem receperunt numerum, et

ἀνείλοντο. οἱ δὲ λοιποὶ βάρβαροι ξὺν τῇ ἄλλῃ λείᾳ ἐπ᾽ οἴκου ἀπεκομίσθησαν.

2. ἀπεκομίσθησαν] „In edit. Augustana liber hic supervacanea clauditur repetitione profectionis Germani, cuius obitum iam supra auctor narravit.“ Malt. Verba illa, quae etiam in L leguntur, haec sunt, *Γερμανὸν δὲ τὸν ἀνεψιὸν βασιλέως* (*τὸν ἀνεψιὸν τὸν αὐτοῦ* L) *ἄνδρα πατρίκιον ἐπὶ τωτίλαν* (*τουτίλλαν* L, ut supra saepissime) *τε καὶ γότθους ξὺν στρατῷ ἔπεμψεν, ἄλλους τε ἄρχοντας ἕσεσθαί* (*ἕπεσθαι* L) *οἱ κελεύσας καὶ τὸν βιταλιανοῦ ἀδελφιδοῦν καὶ αὐτοῦ κηδεστὴν ἰωάννην.*

inventum Constantiani vexillum retulerunt: reliqui Barbari cum reliqua praeda domum reversi sunt.

P 565 V 179 H 318

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΩΣ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΗΣ Β' ΤΕΤΡΑΔΟΣ Η Δ'.

ΙΣΤΟΡΙΩΝ — Η Δ'.] ΤΗΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΤΕΤΡΑΔΟΣ ΤΩΝ ΚΑΤ' ΑΥΤΟΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛ. Δ'. P.

PROCOPII CAESARIENSIS

HISTORIARUM TETRADIS II.

LIBER IV.

ARGUMENTUM.

EX EDITIONE MALTRETI.

Argumentum libri huius proponit Auctor, et ad bellum Persicum prosequendum accingitur, suscepta Ponti Euxini descriptione. (Cap. 1.) *Descriptio Ponti Euxini ab urbe Calchedone, ad Apsilios.* (2.) *Mons Caucasus, geminaeque eius Portae. Hunni Sabiri. Amazones. Abasgi Christiani. Hos Iustinianus Eunuchos fieri vetat.* (3.) *Bruchi. Zecchi. Sagidae. Sebastopolis et Pityus. Eulysia. Gotthi Tètraxitae Episcopum a Iustiniano Aug. petunt.* (4.) *Uturguri Cuturgurique unde dicti. Antiquae Tetraxitarum sedes. Cerva fugiens vadum monstrat. Gotthoram migratio. Eorum sedes Cuturguri occupant. Tetraxitae in adversam continentem commigrant. Uturguri manent in patria. Taurica, ibique templum Dianae. Urbes Bosporus, Cherso, Cepi, Phanaguris. Istri fons et cursus. Mensura ambitus Ponti Euxini.* (5.) *Utrum Tanais Asiam ab Europa dividat, an Phasis? Unde oriatur Pontus Euxinus? Aristoteles ad Euripum haeret. Fretum Siculum. Duplex aquae cursus in Bosporo Thracio.* (6.) *Quid Chosroem Persarum Regem ad Colchicam expeditionem induxerit. Urbs Dara ab eodem frustra tentata.* (7.) *Redit Auctor ad institutam Cap.* 1. *narrationem de Persarum in Colchidem irruptione, Choriane duce. Lazorum inconsulta ferocia. Gubazis, ipsorum Regis, oratio. Instruuntur acies. Lazorum fuga. Artabanis certamen. Confligunt acies. Choriane occiso, profligantur Persae.* (8.) *Dagisthaeus a Lazis proditionis accusatus, in carcerem coniicitur. Bessas, Magister militum per Armenias, destinatur in Lasicam: cuius Reges a Romanis uxo-*

res sibi petere consueverant. Abasgorum defectio. Trachea, locus. Romani Abasgos adoriuntur et profligant. (9.) *Tzibilum Apsiliae castellum occupant Persae; deinde caesi ob flagitium ducis. Chosroes ab Anatozado filio offenditur. Natura valetudinarius, Tribunum Medicum, virum optimum, summe colit. Anatozadum rebellem foede plectit.* (10.) *Exeunt induciae. Mutuae legationes. Indignnae legati Persarum fastus. Braducionem interpretem occidit Chosroes. Romani in Lazica Petram obsident. Suffodiunt murum. Eorum conatus irritus. Sabiri partim Romanis, partim Persis addicti. Arietem leviorem fabricantur novo invento. Admoventur machinae; quae Persae naphtha sive oleo Medeae comburere satagunt. Bessae Magistri militum grandaevi mira vis. Persae in turri lignea deflagrant. Urbem Romani capiunt.* (11.) *Persae, qui in Petrae arcem confugerant, ad deditionem invitati. arcis incendio perire malunt, quam se hosti permittere. Chosrois in re cibaria Petrae congerenda liberalitas, et in aquaeductu extruendo solertia. Bessas captivos Byzantium mittit; muros Petrae diruit; ab Imperatore, adeoque ab omnibus commendatur.* (12.) *Mermeroës Persarum Dux Petram serius petit. Copias Archaeopolin ducit cum elephantibus. Sordida Bessae cupiditas. Nimia Iustiniani in Praefectos indulgentia. Scanda et Sarapinis Lazicae castella. Rhodopolin evertunt Lazi. Romanorum in stativis agentium fuga.* (13.) *Archaeopolis situs. Eam Mermeroës obsidet. Romani oratione Ducum incensi erumpunt, ac Persarum caedem efficiunt. Turbatus elephas furit. Hinc Auctor ad Edessam digreditur, ubi compertum est turbari elephantes grunnitu suis. Ibidem visum prodigium. Persae obsidionem solvunt. Mermeroës in Muchiresin concedit, et Cutatisium castellum reficit.* (14.) *A Persis quinquennales inducias turpiter emit Iustinianus Augustus. Procopii in scribendo libertas. Post vindemiam racemi aliique fructus nascuntur.* (15.) *Lazi Romanis offensi. Persae Uchimerium castellum obtinent, opera Theophobii. Gubazes Lazorum Rex in montibus hiemat. Mermeroë per litteras hortante, ut a Romanis deficiat, in fide manet.* (16.) *Ex India Monachi bombycum ova deferunt, et conficiendi serici rationem Romanos docent. Induciis a Chosroë confirmatis, nihilominus bellum adhuc in Lazica geritur. Rerum status in Africa.* (17.) *Gepaedes et Longobardi ad pugnam inter se incundam parati, terrore panico distrahuntur. Eorum Principes Thorisinus et Auduinus inducias pangunt. Gepaedes Cuturguros in Rom. Imperium immittunt. Iustinianus Uturguros in Cuturguros excitat. Eorum pugna.* (18.) *Romani apud Cuturguros captivi elabuntur. Cuturguri, audita suorum clade, cum Romanis pactionem faciunt. Sedes illis in Thracia Imperator attribuit. Hac de re per Legatos expostulat Sandil Uturgurorum Princeps.* (19.) *Varnorum sedes. Brittiae insulae situs et populi. Hermegisclus Varnorum Rex sororem Theodeberti Francorum Regis ducit uxorem, et filium Radigerem ex priori coniuge susceptum despondet sorori Regis Anglorum. Hermegisclus mortis augur suae, infringit filii sponsalia, eumque maritum novercae destinat. Offensa Regis Anglorum soror, bello Radigerem petit, profligat, capit. Brittiae insulae pars muro divisa, ac vivis hominibus inhabitabilis, animas defunctorum accipere creditur. scaphis vectas opera remigum, Franciae Regibus subditorum.* (20.) *Redit Auctor ad bellum Gotthicum. Belisario impensus honos Byzantii. Ioannes Salonis hiemat. Cur Iustinianus bello Gotthico Narsetem praefecerit. Narses aliquandiu Philippopoli subsistit. Inde Italiam petit.* (21.) *Totilas Senatores nonnullos Romam revocat. Romanorum in conservandis urbis ornamentis diligentia. Descriptio navis Aeneae. De Calypsus insula coniectura Procopii. Navis lapidea in Corcyra Iovi Casio posita: et Dianae altera in Euboea. Sepulcrum Anchisae.* (22.) *Anconam Gotthi terra marique obsident. Valerianus Ioannem per litteras hortatur, ut obsessis suppetias*

secum ferat. Ambo iunctis copiis Senogalliam appellunt. Occurrunt Gotthi. Concionibus Ducum uterque exercitus excitatur. Praelium navale. Gotthorum clades et fuga. (23.) *Artabanes rem Romanam bene in Sicilia gerit. Gotthi pacem frustra a Iustiniano petunt. Francorum in Italia progressus. Leontius Imperatoris Legatus ad Theodebaldum Theodeberti filium. Utriusque orationes. Gotthi Corsicam et Sardiniam occupant. In Corsica homines et equi statura minima.* (24.) *Sclaveni Illyricum vastant. Imperator foedus cum Gepaedibus pangit: deinde adversus illos mittit auxilia Langobardis. Horum victoria. Eversae urbes terraemotibus. Maris inundatio. Gotthi Crotonem obsident.* (25.) *Appulsa Crotonem Romana classe, Gotthi obsidionem solvunt. Regnaris et Morrhas Gotthorum Duces deditionem meditantur. Narsetis bellicus apparatus et copiae. Franci in agro Veneto ei transitum negant. Totilae consilium. Narses Ravennam petit.* (26.) *Ildigisal Langobardus, qui ad Imperatorem perfugerat, Byzantio cum Goare Gottho aufugit. Adiunctis sibi popularibus, Cuturguros acie vincit in Thracia, et Romanos Duces in Illyrico incautos occidit: tum ad Gepaedes se recipit. Ustrigotthus Gepaes se in fidem confert Langobardorum. Ildigisal et Ustrigotthus intereunt, fraude Regum, quorum fidei se commiserant.* (27.) *Usdrilas, praesidii Ariminensis Praefectus, per litteras Romanos provocat. Narses cum exercitu Ariminum petit, ibique pontis transitu prohibetur. Usdrila occiso, porro pergit.* (28.) *Totilas Teïam expectat. Audita caede Usdrilae, ad Apenninum tendit. Eodem se confert Narses, et officii Totilam admonet. Ad Romanos ante diem dictum progressus Totilas, eos de colle deturbare saepe aggreditur frustra. Egregia Pauli Ausilaeque facinora.* (29) *Conciones militares Narsetis ac Totilae.* (30.) *Utriusque aciei dispositio. Singulare certamen. Totilas equitandi peritiam ostentat.* (31.) *Totilas campo cum exercitu excedit. Narsetis providentia. Redeunt Gotthi. Pugna committitur. Romanorum victoria. Totilae caedes,* (32.) *Narses Langobardos remittit. Valerianus frustra Veronam obsidet, renitentibus Francis. Teïas Rex Gotthorum creatur. Narses Narniam, Spoletium ac Perusiam capit. Romam oppugnat, eaque facile potitur.* (33.) *Victoria Senatui populoque Romano luctuosa. Regnaris Gotthi fraus, crudelitas et clades. Teïas Francorum opem frustra implorat. Cumas et Centumcellas Romani obsident. Teïas et Narses cum suis copiis sese conferunt in Campaniam.* (34.) *Nonnulla in Vesuviano incendio fieri solita. Utriusque castra exercitus. Gotthi ad montem Lactarium se recipiunt. Romanos invadunt. Teïae heroica fortitudo. Eo occiso, Gotthi pertinaciter pugnant. Tandem pacem petunt. Ioannis sententia. Pacis conventio.* (35.)

α'. Ὅσα μὲν ἄχρι τοῦδέ μοι δεδιήγηται, τῇδε ξυγγέγραπται ᾗπερ δυνατὰ ἐγεγόνει ἐπὶ χωρίων ἐφ' ὧν δὴ ἔργα τὰ πολέμια ξυνηνέχθη γενέσθαι διελόντι τε καὶ ἁρμοσαμένῳ τοὺς λόγους, οἵπερ ἤδη ἐξενεχθέντες πανταχόθι δεδήλωνται τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς. τὸ δὲ ἐνθένδε οὐκέτι μοι τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ ξυγκείσεται. γράμμασι γὰρ τοῖς ἐς τὸ πᾶν δεδηλωμένοις οὐκέτι εἶχον τὰ ἐπιγινόμενα ἐναρμόζεσθαι, ἀλλ' ὅσα κατὰ τοὺς πολέμους τούσδε γεγονέναι ξυνέβη, ἔτι μέντοι καὶ ἐς τὸ Μήδων γένος, ἐπειδὴ τοὺς P 566 ἔμπροσθεν λόγους ἐξήνεγκα, ἐν τῷδέ μοι τῷ λόγῳ πάντα γεγράψεται, ἱστορίαν τε αὐτῶν ἐπάναγκες ποικίλην ξυγκεῖσθαι. ἤδη μὲν οὖν ὅσα ξυνέβη ἄχρι ἐς τὸ τέταρτον ἔτος τῆς πενταετηρίδος ἐκεχειρίας, ἣ Ῥωμαίοις ἐγεγόνει καὶ Πέρσαις, ἐν τοῖς ἔμπροσθέν μοι δεδιήγηται λόγοις· τῷ δὲ ἐπιγενομένῳ ἐνιαυτῷ Μηδικῆς στρατιᾶς πολὺς ὅμιλος ἐς γῆν τὴν Κολχίδα ἐσέβαλλον. οἷσπερ ἐφειστήκει Πέρσης ἀνήρ, Χοριάνης ὄνομα, πολέμων ἐς ἄγαν πολλῶν ἔμπειρος. καὶ αὐτῷ ξύμμαχοι βάρβαροι τοῦ Ἀλανῶν γένους πολλοὶ εἵποντο. οὗτος ὁ στρατὸς ἐπειδὴ ἀφίκοντο ἐς χώραν τῆς Λαζικῆς, ἣ ἐπικαλεῖται Μουχείρησις, ἐν ἐπιτηδείῳ B στρατοπεδευσάμενοι ἔμενον. ῥεῖ δέ πη ἐνταῦθα ποταμὸς Ἵππις, οὐ μέγας οὐδὲ ναυσίπορος, ἀλλὰ καὶ ἱππεῦσι καὶ ἀνδράσι πεζοῖς

1. μὲν] μὲν οὖν H. 6. ἐς om. H. 7. πολέμους] πολεμίους H. 14. ἐσέβαλλον] ἐσέβαλον L. 15. Χοριάνης] χαρσάνης H. 18. Μουχείρησις] μοχήρισις L. 19. Ἵππις] Ἵππης Reg. ἴασκις H.

1. Ita composui, quidquid narravi hactenus, ut quoad eius fieri potuit, pro locorum ratione, ubi res bellicas geri contigit, diviserim atque ordinaverim libros: qui in lucem editi, universo Orbi Romano iam notuerunt. Non eum deinceps tenebo scriptionis ordinem; quando vulgatis monumentis non est integrum intexere consequentia: sed quaecunque, etiam in Medos, horum tempore bellorum patrata sunt, ex quo priores libros emisi, omnia stylo prosequar in hoc libro: itaque varia sit haec historia necesse est. Ac libris quidem superioribus traduntur acta ad annum quartum induciarum quinquennalium, quas cum Persis Romani pepigerant. Anno autem proxime consecuto, ingens Persarum exercitus, Choriane duce, et ipso Persa, viro rei militaris peritissimo, irrupit in Colchidem, cum Alanorum Babarorum, sociam praebentium operam, magno numero. Hic exercitus, cum in Lazicae regionem, quae Muchiresis dicitur, pervenisset, loco idoneo stativa posuit. Tractum illum Hippis alluit amnis modicus, nec patiens navium; sed peditibus iuxta atque

ἐσβατός, οὗ δὴ ἐν δεξιᾷ τὸν χάρακα ἐποιήσαντο, οὐ παρὰ τὴν ὄχθην, ἀλλὰ κατὰ πολὺ ἄποθεν. ὅπως δὲ τοῖς τάδε ἀναλεγομένοις ἔκδηλα τὰ ἐπὶ Λαζικῆς χωρία ἔσται, ὅσα τε γένη ἀνθρώπων ἀμφ' αὐτὴν ἵδρυνται, καὶ μὴ ὑπὲρ τῶν ἀφανῶν σφίσιν ὥσπερ οἱ σκιαμαχοῦντες διαλέγεσθαι ἀναγκάζωνται, οὔ μοι ἄπο καιροῦ ἔδοξεν εἶναι ἀναγράψασθαι ἐνταῦθα τοῦ λόγου ὅντινα δὴ τρόπον ἄνθρωποι οἰκοῦσι τὸν Εὔξεινον καλούμενον πόντον, οὐκ
C *ἀγνοοῦντι μὲν ὡς καὶ τῶν παλαιοτέρων τισὶ γέγραπται ταῦτα, οἰομένῳ δὲ οὐκ ἐς τὸ ἀκριβὲς αὐτοῖς πάντα εἰρῆσθαι· ὧν γέ τινες ὁμόρους Λαζῶν Σάνους ἔφασαν, οἳ τανῦν Τζάνοι ἐπικαλοῦνται, ἢ Κόλχους εἶναι, Λαζοὺς ἑτέρους καλέσαντες, οἳ καὶ νῦν*
V 180 *ἐπὶ τούτου προσαγορεύονται τοῦ ὀνόματος. καίτοι ἐστὶ τούτων οὐδέτερον. Τζάνοι μὲν γὰρ τῆς παραλίας ὡς ἀπωτάτω ὄντες προσοικοῦσι τοῖς Ἀρμενίοις ἐν τῇ μεσογείᾳ καὶ ὄρη πολλὰ μεταξὺ ἀποκρέμαται, λίαν τε ἄβατα καὶ ὅλως κρημνώδη. χώρα τε πολλὴ ἔρημος ἀνθρώπων ἐς ἀεὶ οὖσα καὶ χαράδραι ἀνέκβατοι καὶ λόφοι ὑλώδεις καὶ σήραγγες ἀδιέξοδοι, οἷς δὴ ἅπασι μὴ ἐπιθαλάσσιοι εἶναι διείργονται Τζάνοι. Κόλχους δὲ οἷόν τέ ἐστι μὴ*
D *τοὺς Λαζοὺς εἶναι, ἐπεὶ παρὰ Φᾶσιν ποταμὸν ᾤκηνται· τὸ δὲ ὄνομα μόνον οἱ Κόλχοι, ὥσπερ ἀνθρώπων ἔθνη καὶ πολλὰ ἕτερα, τανῦν ἐς τὸ Λαζῶν μεταβέβληται. χωρὶς δὲ τούτων καὶ*

2. *ἄποθεν*] *ἄπωθεν* P. 8. *τῶν παλαιοτέρων*] *τὸ παλαιότερον* Reg. 9. *ὧν* LP. *οἷς* H. 10. *Σάνους* Maltretus coll. p. 44 D. *Σουανούς* P. *τζάνους* H. *τινες τραπεζῶν ὁμόρους ἦσαν οὓς ἔφασαν* L. 13. *οὐδέτερον*] *οὐδέτερα* L. 15. *ἀποκρέμαται*] *ἀποκρέμανται* H.

equitibus vadosus: ad cuius dexteram castra locarunt procul a ripa. Verum, ut Lazicam, gentesque omnes circumpositas Lectores noverint, nec de rebus sibi obscuris, pugnantibus cum umbra similes, cogantur disserere, non alienam esse iudico descriptionem, qua situs gentium, quae ad Pontum Euxinum habitant, subiiciam oculis; haud ignarus, prodita quidem haec ab antiquioribus fuisse: at non omnia, ut equidem sentio, accurate tractarunt: cum eorum nonnulli Sanos, quos Tzanos vocamus hodie, Lazis conterminos, vel eosdem cum Colchis esse dixerint; ita ut Lazorum appellatione donarint alios, qui iam etiam ea gaudent. At utrumque falsum. Etenim Tzani a littore maris remotissimi, et Armeniorum accolae mediterranei sunt: inaccessi ac praecipites montes intersunt plurimi, et vasta solitudo, et invii torrentium alvei, et colles sylvosi, et hiatus terrae insuperabiles: quae omnia Tzanos a mari distrahunt. Nec fieri potest, ut a Colchis Lazi diversi sint: quandoquidem ad Phasin fluvium sedes habent, uno Colchorum vocabulo, quod et multis aliis nationibus accidit, cum Lazorum nomine iam mutato. Prae-

μέγας αἰὼν μετὰ τοὺς ἐκεῖνα ἀναγραψαμένους ἐπιγενόμενος ἀεί τε
ξυννεωτερίζων τοῖς πράγμασι τὰ πολλὰ τῶν καθεστώτων τὰ πρό-
τερα νεοχμῶσαι ἴσχυσεν, ἐθνῶν τε μεταστάσεσι καὶ ἀρχόντων
καὶ ὀνομάτων διαδοχαῖς. ἅπερ μοι διαμετρήσασθαι ἀναγκαιό-
τατον ἔδοξεν εἶναι, οὐ τὰ μυθώδη περὶ αὐτῶν ἀπαγγέλλοντι ἢ
ἄλλως ἀρχαῖα, οὐδὲ ὅπη ποτὲ πόντου τοῦ Εὐξείνου δεθῆναι τὸν
Προμηθέα λέγουσι ποιηταί· μύθου γὰρ ἱστορίαν παρὰ πολὺ κε- P 567
χωρίσθαι οἶμαι· ἀλλ' ἐς τὸ ἀκριβὲς διεξιόντι τά τε ὀνόματα καὶ H 319
τὰ πράγματα, ὅσα δὴ τανῦν ἐπιχωριάζει τῶν τόπων ἐκείνων
ἑκάστῳ.

β'. Οὗτος τοίνυν ὁ πόντος ἄρχεται μὲν ἐκ Βυζαντίου καὶ
Καλχηδόνος, τελευτᾷ δὲ ἐς Κόλχων τὴν γῆν. καὶ αὐτῶν ἐν δε-
ξιᾷ ἐσπλέοντι Βιθυνοί τε καὶ οἱ αὐτῶν ἐχόμενοι Ὀνωριάται καὶ
Παφλαγόνες ᾤκηνται, οἷς δὴ ἄλλα τε χωρία καὶ Ἡράκλειάν τε
καὶ Ἄμαστριν ἐπιθαλασσίας πόλεις ἔχουσι. καὶ μετ' αὐτοὺς οἱ
ποντικοὶ ἐπικαλούμενοι μέχρι ἐς Τραπεζοῦντα πόλιν καὶ τὰ ταύ- B
της ὅρια. ἐνταῦθα πολίσματά τε ἄλλα ἐπιθαλασσίδια καὶ Σινώπη
τε καὶ Ἀμισὸς οἰκεῖται, Ἀμισοῦ τε ἄγχιστα τό τε Θεμίσκυρον κα-
λούμενον καὶ Θερμώδων ποταμός ἐστιν, οὗ δὴ τὸ τῶν Ἀμαζό-
νων στρατόπεδον γεγενῆσθαί φασιν. ἀλλὰ περὶ μὲν Ἀμαζόνων
γεγράψεταί μοι οὐ πολλῷ ὄπισθεν. Τραπεζουντίων δὲ τὰ ὅρια
διήκει ἔς τε κώμην Σουσούρμαιναν καὶ τὸ Ῥιζαῖον καλούμενον

2. συννεωτερίζων L. 3. νεοχμῶσαι] ἂν νεοχμοῦν L. 7. ποιηταὶ λέγουσι L. ibid. ἱστορίαν L. ἱστορία P. ibid. κεχωρίσθαι] κεχωρίσται P. κεχώρισται H. 8. οἶμαι] εἶναι L. 12. αὐτῶν] αὐτὸν L. 18. ἀμισὸς — ἀμισοῦ H. ibid. Θεμίσκυρον] θεμισκούριον Reg. 22. σουσούρμενα L. ibid. Ῥιζαῖον] ῥίζεον H.

terea longinquitas temporis, ab eorum aetate elapsi, qui de illis scripserunt, rerum novitatem pro more iuvans, ex constitutis olim non pauca movit, qua migrationibus gentium, qua Principum nominumque successionibus. Ego vero maxime necessarium duco haec ita digerere, ut nec fabulosa, nec nimium vetusta referam; puta, qua in ora Ponti Euxini vinctum Prometheum poëtae memorent: longe enim historiam a fabula distare censeo: sed nomina ac res, quae in locis illis singulis vulgo iam usurpantur, accurate exponam.

2. Ergo Pontus, sumpto a Byzantio Calchedoneque initio, ad Colchidem desinit. Quo qui navigat, a dextra Bithynos habet, hisque continentes Honoriatas, atque Paphlagones: inter quorum urbes maritimas sunt Heraclea et Amastris. Succedunt Pontici ad urbem usque Trapezuntem eiusque limites. Qua in ora cum alia coluntur oppida, tum Sinope et Amisus. Amiso proximum est Themiscyrum, ac flumen Thermodon; ubi castra Amazonum, de quibus paulo post agam, fuisse perhibent. Trapezuntiorum fines ad vicum pertinent Susurmenam Rhizaeum-

χωρίον, ὅπερ Τραπεζουντίων διέχει δυοῖν ἡμέραιν ὁδὸν διὰ τῆς παραλίας ἐς Λαζικὴν ἰόντι. Τραπεζοῦντος δέ μοι ἐπιμνησθέντι C *οὐ παριτέον τὸ πλείστῳ παραλόγῳ τῇδε ξυμβαῖνον. τὸ γὰρ μέλι ἐν ἅπασι τοῖς Τραπεζοῦντος χωρίοις πικρὸν γίνεται, ἐνταῦθα μόνον στασιαζομένης τῆς ἀμφ' αὐτῷ δόξης. τούτων δὴ τῶν χωρίων ἐν δεξιᾷ τὰ Τζανικῆς ὄρη πάντα ἀνέχει, ἐπέκεινά τε αὐτῶν Ἀρμένιοι Ῥωμαίων κατήκοοι ᾤκηνται. ἐκ τούτων δὲ τῶν Τζανικῶν ὀρῶν κάτεισι ποταμὸς Βόας ὄνομα, ὃς δὴ ἔς τε λόχμας παμπληθεῖς ἰὼν καὶ χώραν λοφώδη περιερχόμενος φέρεται μὲν ἄγχιστα τῶν Λαζικῆς χωρίων, ποιεῖται δὲ τὰς ἐκβολὰς ἐς τὸν Εὔξεινον καλούμενον πόντον, οὐ μέντοι Βόας καλούμενος. ἐπειδὰν γὰρ τῆς θαλάσσης ἐγγὺς ἵκηται, τὸ μὲν ὄνομα μεθίησι τοῦτο, ἑτέρας δὲ τὸ ἐνθένδε προσηγορίας μεταλαγχάνει, ἐκ τῶν οἱ ἐπι-* D *γινομένων ὄνομα κτώμενος. Ἄκαμψιν γὰρ αὐτὸν τὸ λοιπὸν καλοῦσιν οἱ ἐπιχώριοι, τούτου δὴ ἕνεκα, ὅτι δὴ κάμψαι αὐτὸν τῇ θαλάσσῃ ἀναμιχθέντα ἀμήχανά ἐστιν, ἐπεὶ ξὺν ῥύμῃ τοσαύτῃ καὶ ὀξύτητι τοῦ ῥοῦ τὰς ἐκβολὰς ποιεῖται, ταραχὴν πολλὴν τοῦ ῥοθίου ἐπίπροσθεν ἐργαζόμενος, ὥστε ὡς πορρωτάτω τῆς θαλάσσης ἰὼν ἄπορον ποιεῖται τὸν ταύτῃ διάπλουν· οἵ τε ναυτιλλόμενοι ἐνταῦθα τοῦ πόντου, εἴτε Λαζικῆς εὐθὺ πλέοντες εἴτε καὶ ἐνθένδε ἀπάραντες, οὐκέτι ἑξῆς διαπλεῖν δύνανται. κάμψαι γὰρ τοῦ ποταμοῦ τὸν ῥοῦν οὐδαμῇ ἔχουσιν, ἀλλὰ πορρωτάτω*

1. ὁδὸν Reg. ὁδῷ P. 2. *Τραπεζοῦντος*] περὶ τραπεζοῦντα L. 9. λοφώδη] ὑλώδη H. 12. μεθίησι L. μέτεισι P. 16. τοσαύτῃ Reg. τοιαύτῃ P. 17. τοῦ ῥοθίου πολλὴν L. 18. ὡς] οὐ L. 20. εὐθὺ] εὐθὺς H. 21. κάμψαι] καλύψαι L. 22. γὰρ om. L.

que oppidum; quo a Trapezunte iter est bidui, secundum littus maris, Lazicam versus. Et quando mentio de Trapezunte incidit, praetermittendum non est quod ibi fit, a communi intelligentia remotissimum. In omni agro Trapezuntino mel amarum apes conficiunt: ita ut communis de melle opinio a se ipsa dissideat in hac una regione: ad cuius dexteram eminent omnes Tzanicae montes, quos Armenia Romanis subdita excipit. Ex his montibus Tzanicis delabitur amnis Boas, perque frequentia nemora ac region m tumulosam errans, proxime Lazicam fertur, et in Pontum Euxinum influit, amisso Boae nomine, quo exuitur vicinus mari, aliudque vocabulum ex eventu consequenti sortitur. Illum enim deinceps indigenae Acampsin [hoc est carentem flexu] ideo vocant, quia ubi in mare devolutus est, flecti nequit. Quippe eo impetu, tamque violento agmine sese exonerat, fluctus turbulentissimos porro agens, ut longissimo in mare procursu traiectum ibi abrumpat. Quare qui in ea Ponti ora navigant, sive recta petentes Lazicam, sive inde profecti,

μὲν ἀναγόμενοι τοῦ ἐκείνῃ πελάγους, ἐπὶ μέσον δέ που τοῦ πόντου ἰόντες, οὕτω δὴ ἀπαλλάσσεσθαι τῆς τοῦ ποταμοῦ ἐκβολῆς δύνανται. τὰ μὲν οὖν ἀμφὶ ποταμὸν Βόαν τοιαῦτά ἐστι.

Μετὰ δὲ τὸ Ῥίζαιον αὐτονόμων ἀνθρώπων ὅροι ἐκδέχονται, P 568 *οἳ δὴ Ῥωμαίων τε καὶ Λαζῶν μεταξὺ ᾤκηνται. καὶ κώμη* V 181 *τις, Ἀθῆναι ὄνομα, ἐνταῦθα οἰκεῖται, οὐχ ὅτι Ἀθηναίων ἄποικοι, ὥσπερ τινὲς οἴονται, τῇδε ἱδρύσαντο, ἀλλὰ γυνή τις Ἀθηναία ὄνομα ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις κυρία ἐγεγόνει τῆς χώρας, ἧσπερ ὁ τάφος ἐνταῦθα καὶ εἰς ἐμέ ἐστι. μετὰ δὲ Ἀθήνας Ἀρχαβίς τε οἰκεῖται καὶ Ἀψαροῦς, πόλις ἀρχαία, ἣ τοῦ Ῥιζαίου διέχει ὁδὸν ἡμερῶν τριῶν μάλιστα. αὕτη Ἄψυρτος τὸ παλαιὸν ὠνομάζετο, ὁμώνυμος τῷ ἀνθρώπῳ διὰ τὸ πάθος γεγενημένη. ἐνταῦθα γάρ φασιν οἱ ἐπιχώριοι ἐξ ἐπιβουλῆς Μηδείας τε καὶ Ἰάσονος τὸν Ἄψυρτον ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθῆναι, καὶ δι' αὐτὸ τὴν ἐπωνυμίαν τὸ χωρίον λαβεῖν. ὁ μὲν γὰρ ἐν ἐκείνῳ ἀπέθνησκε, τὸ δὲ* B *ἀπ' αὐτοῦ ὠνομάζετο. ἀλλὰ πολὺς ἄγαν μετὰ ταῦτα ἐπιρρεύσας ὁ χρόνος καὶ ἀνθρώπων ἀναρίθμοις διαδοχαῖς ἐνακμάσας αὐτὸς διαφθεῖραι μὲν τὴν τῶν πραγμάτων ἐπιβολὴν ἴσχυσεν ἐξ ὧν τὸ ὄνομα ξύγκειται τοῦτο, ἐς δὲ τὸν νῦν φαινόμενον τρόπον μεταρρυθμίσαι τὴν προσηγορίαν τῷ τόπῳ. τούτου δὲ τοῦ Ἀψύρτου καὶ τάφος ἐς τῆς πόλεως τὰ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιόν ἐστιν. αὕτη πόλις ἦν τὸ παλαιὸν πολυάνθρωπος, καὶ τεῖχος μὲν αὐτὴν*

3. *ποταμὸν Βόαν*] *ποταμοῦ βόα* Reg. 4. *Ῥιζαῖον* P. *ῥίζαιον* L. *ῥίζεον* H. 10. *Ῥιζαίου*] *ῥιζέου* H. *ibid.* *ὁδὸν*] *ὁδῷ* Reg. 13. *Ἰάσονος*] *ἰάσωνος* P. 18. *ἐπιβολὴν*] *ἐπιβουλὴν* Hm. 19. *τὸν — τρόπον* L. *τὸ — τρόπῳ.* 20. *μεταρρυθμίσαι*] *μεταρριθμῖσαι* L corr. Vulgo *μεταριθμῆσαι.*

transmissu prohibentur: neque enim eiicientem se fluvium possunt flectere: sed longo per pelagus illud ad medium fere Pontum circuitu ultra fluminis ostia provehuntur. Hactenus de Boa fluvio.

Rhizaeo subiuncti sunt fines gentis liberae, Romanos inter ac Lazos interiectae. Hic Athenae vicus est, ita dictus, non quod Atheniensium colonia, ut quidam existimant, ibi consederit, sed quia tractus illius domina quondam fuit mulier quaedam, nomine Athenaea, cuius sepulcrum etiamnum ibidem extat. Post Athenas incolitur Archabis, et urbs antiqua Absarus, quae tridui fere Rhizaeo distat. Eam Absyrtum dixere veteres, ducta ab homine crudeliter habito appellatione. Nam illic Medeae et Iasonis fraude Absyrtum interemptum, et inde datum loco nomen indigenae referunt. Eo quidem loci Absyrtus obiit, ac nomen reliquit suum: at aevum longinquum, quod ex illo fluxit, innumeris hominum successionibus corroboratum, pristinam rerum constitutionem, unde nomen hoc natum erat, delevit, et loco vocabulum, quale iam profertur, ascripsit. Certe visitur Absyrti tumulus ad exortivum latus illius

περιέβαλε μέγα τι χρῆμα, θεάτρῳ δὲ καὶ ἱπποδρόμῳ ἐκαλλωπίζετο καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, οἷσπερ πόλεως μέγεθος δείκνυσθαι εἴωθε. νῦν δὲ δὴ αὐτῶν ἄλλο οὐδὲν ἀπολέλειπται, ὅτι μὴ τῆς κατασκευῆς τὰ ἐδάφη.

C Ὥστε εἰκότως θαυμάσειεν ἄν τις τῶν Κόλχους φαμένων Τραπεζουντίοις ὁμόρους εἶναι. ταύτῃ μὲν γὰρ ἂν καὶ τὸ δέρας H 320 ξὺν τῇ Μηδείᾳ συλήσας Ἰάσων οὐκ ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα καὶ τὰ πάτρια ἤδη φυγὼν φαίνοιτο, ἀλλ' ἔμπαλιν ἐπὶ Φᾶσίν τε ποταμὸν καὶ τοὺς ἐνδοτάτω βαρβάρους. λέγουσι μὲν οὖν ὡς κατὰ τοὺς Τραϊανοῦ τοῦ Ῥωμαίων αὐτοκράτορος χρόνους κατάλογοι Ῥωμαίων στρατιωτῶν ἐνταῦθά τε καὶ μέχρι ἐς Λαζοὺς καὶ Σαγίδας ἵδρυντο. τὰ δὲ νῦν ἄνθρωποι ἐνταῦθα οἰκοῦσιν οὔτε τοῦ Ῥωμαίων οὔτε τοῦ Λαζῶν βασιλέως κατήκοοι ὄντες, πλήν γε δὴ ὅτι Χριστιανοῖς οὖσιν οἱ Λαζῶν ἐπίσκοποι τοὺς ἱερεῖς καθίστανται σφίσι. καὶ αὐτοὶ ἔνσπονδοί τε καὶ φίλοι ἀμφοτέροις ἐθέλουσιν εἶναι, D τούς τε ἐξ ἑκατέρων παρὰ τοὺς ἑτέρους ἀεὶ στελλομένους παραπέμψαι διηνεκῶς ὡμολόγησαν. ὃ δὴ φαίνονται καὶ ἐς ἐμὲ δρῶντες. ἀκάτοις γὰρ ἰδίαις τοὺς παρ' ἑτέρου βασιλέως ἐς τὸν ἕτερον στελλομένους ἀγγέλους ναυτιλλόμενοι παραπέμπουσι. φόρου μέντοι ὑποτελεῖς οὐδαμῇ γεγένηνται ἐς τόδε τοῦ χρόνου. τούτων δὲ τῶν χωρίων ἐν δεξιᾷ ὄρη τε λίαν ἀπότομα ἀποκρέμαται καὶ χώρα ἔρημος ἐπὶ πλεῖστον διήκει. καὶ αὐτῆς

3. ἀπολέλειπται] ἀπολείπεται Reg. 6. τραπεζουντίων ἰσομόρους H. ibid. δέρας L. δέῤῥας P. 7. τῇ L. αὐτῇ P. 11. Σαγίδας] σαννίτας H. 12. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδὲ P. 15. ἐθέλουσιν] ἐθέλοντες L. 22. ἀποκρέμαται] ἀποκρέμανται H.

urbis: quae olim civibus frequens, cinctaque moenibus maximis, theatrum ac Circum habuit, caeteraque ornamenta omnia, quae urbis amplitudinem probare solent: iam nihil eorum superest, nisi structurae vestigia.

Eos igitur merito miretur quispiam, qui Colchos Trapezuntiis confines esse asseverant. Nam si ita se res haberet, Iason rapto cum Medea vellere, non in Graeciam patriamque fugisse, sed ad Phasin et penitus repositos Barbaros rediisse videretur. Memoriae proditum est Romana illic praesidia sub Traiano Aug. ad Lazos usque et Sagidas stativa habuisse. Iam huius regionis incolae nec Rom. Imperatori, nec Regi Lazorum parent; solummodo, cum Christiani sint, Sacerdotes accipiunt a Lazorum Episcopis. Utrisque iuncti foedere et amicitia, ultro citroque commeantium deductores fore se promiserunt: quod illos hac etiam aetate praestare constat. Missos enim ab altero Principe ad alterum internuntios suis ipsi scaphis devehunt deducuntque, neutri ad hanc diem vectigales. A parte eorum dextera montes admodum praerupti pendent,

δὴ ὕπερθεν οἱ Περσαρμένιοι καλούμενοι ᾤκηνται, καὶ Ἀρμένιοι οἳ Ῥωμαίων κατήκοοί εἰσι μέχρι ἐς τοὺς Ἰβηρίας ὅρους διήκοντες.

Ἐκ δὲ Ἀψαροῦντος πόλεως ἐς Πέτραν τε πόλιν καὶ τοὺς Λαζῶν ὅρους, οὗ δὴ τελευτᾷ ὁ Εὔξεινος πόντος, μιᾶς ἐστιν P 569 ἡμέρας ὁδός. ἀπολήγων δὲ ὁ πόντος ἐνταῦθα μηνοειδῆ τίθεται τὴν ἀκτήν. καὶ ὁ μὲν τοῦ μηνοειδοῦς τούτου διάπλους ἐς πεντήκοντά τε καὶ πεντακοσίους μάλιστα σταδίους διήκει, τὰ δὲ αὐτοῦ ὄπισθε ξύμπαντα Λαζική τέ ἐστι καὶ ὠνόμασται. μετὰ δὲ αὐτοὺς κατὰ τὴν μεσόγαιαν Σκυμνία τε καὶ Σουανία ἐστί. ταῦτα δὲ τὰ ἔθνη Λαζῶν κατήκοα τυγχάνει ὄντα. καὶ ἄρχοντας μὲν οἱ τῇδε ἄνθρωποι τῶν ὁμογενῶν τινας ἔχουσιν, ἐπειδὰν δὲ τῶν ἀρχόντων τινὶ ἐπιγένηται ἡ τέλειος ἡμέρα τοῦ βίου, ἕτερον αὐτοῖς ἀντικαθίστασθαι πρὸς τοῦ Λαζῶν βασιλέως ἐς ἀεὶ εἴθισται. ταύτης δὲ τῆς χώρας ἐκ πλαγίου μὲν παρ' αὐτὴν μάλιστα τὴν Ἰβηρίαν Μέσχοι Ἰβήρων ἐκ παλαιοῦ κατήκοοι ᾤκηνται, τὰ οἰκία ἐν τοῖς ὄρεσιν ἔχοντες. ὄρη δὲ τὰ Μέσχων οὐ σκληρὰ οὐδὲ B καρπῶν ἄφορά ἐστιν, ἀλλ' εὐθηνοῦσιν ἀγαθοῖς ἅπασιν, ἐπεὶ καὶ οἱ Μέσχοι γεωργοὶ δεξιοὶ ἄλλως τε καὶ ἐς ἀμπελῶνας τυγχάνουσιν ὄντες. ταύτῃ δὲ τῇ χώρᾳ ὄρη ἐπίκειται ἄγαν τε ὑψηλὰ καὶ ἀμφιλαφῆ καὶ δεινῶς ἄβατα. καὶ ταῦτα μὲν ἄχρι ἐς τὰ Καυκάσια ὄρη διήκει· ὄπισθεν δὲ αὐτῶν πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον Ἰβηρία ἐστὶ, μέχρι ἐς Περσαρμενίους διήκουσα. διὰ δὲ τῶν

1. δὴ om. L. 9. μεσογαίαν P. ibid. Σκυμνία] σκυμία Reg. et H. 11. δὲ τῶν] δὴ τῶν L. 16. ἐν τοῖς] τοῖς om. L. 18. ἄλλως τε om. Vat. L. ibid. ἐς om. Vat. L. ibid. ἀμπελῶνες Vat. L. 19. ὄντες] ἐκεῖσε L.

ac longe porrigitur solitudo, ultra quam habitant Persarmenii, et qui ditioni Romanae subsunt Armenii, ad fines usque Iberiae.

Ab urbe Absarunte ad urbem Petram et Lazorum fines, ubi Pontus Euxinus desinit, diei iter unius est. Nactus ibi terminum Pontus sic oram sinuat, ut curvi huius littoris traiectus DL. pateat stadia. Huic praetenta plaga omnis, quam late patet, est ac dicitur Lazica. Interiores sunt Scymnia atque Suania, itaque a Lazorum dominatu pendent, ut incolae Principibus quibusdam popularibus suis pareant. Ubi Principum horum aliquis diem supremum obiit, Lazorum Rex alterum subrogare, et ipsis praeficere consuevit. Hinc a latere, proxime Iberiam, Meschi, iam inde antiquitus Iberibus subditi, in montibus habitant, non asperis nec sterilibus, sed omni fructuum genere feracissimis, accedente Meschorum in colendis agris ac praesertim vineis dexteritate. Montes celsissimi, vestiti nemoribus, aditu que difficillimi regioni huic imminent, et ad Caucasios montes excurrunt; ultra quos ab Oriente sita Iberia, evadit ad Persarmenios. Inter hos montes meat fluvius Phasis, natus e

ὀρῶν, ἃ ταύτῃ ἀνέχει, Φᾶσις ποταμὸς κάτεισιν, ἐκ τῶν Καυκασίων ἀρχόμενος καὶ κατὰ μέσον τὸ μηνοειδὲς τοῦ πόντου ἐκβάλλει. ταύτῃ τε ἤπειρον ἑκατέραν αὐτὸν διορίζειν τινὲς οἴονται.
C τὰ μὲν γὰρ ἐν ἀριστερᾷ κατιόντος τοῦ ῥοῦ Ἀσία ἐστὶ, τὰ δὲ ἐν
V 182 δεξιᾷ Εὐρώπη ὠνόμασται. κατὰ μὲν οὖν τὴν τῆς Εὐρώπης μοῖραν ξύμπαντα Λαζῶν τὰ οἰκία ξυμβαίνει εἶναι, ἐπὶ θάτερα δὲ οὔτε πόλισμά τι οὔτε ἄλλο τι ὀχύρωμα οὔτε κώμην τινὰ λόγου ἀξίαν Λαζοὶ ἔχουσι, πλήν γε δὴ ὅτι Πέτραν Ῥωμαῖοι ἐνταῦθα ἐδείμαντο πρότερον. κατὰ ταύτην δὲ τὴν Λαζικῆς μοῖραν ἀπέκειτο, ὥσπερ οἱ ἐπιχώριοι λέγουσι, καὶ τὸ δέρας ἐκεῖνο, οὗπερ ἕνεκα οἱ ποιηταὶ τὴν Ἀργὼ ἀποτετορνεῦσθαι μυθολογοῦσι. λέγουσι δὲ ταῦτα, ἐμὴν γνώμην, ἀληθιζόμενοι ἥκιστα. οὐ γὰρ
D ἂν οἶμαι λαθὼν τὸν Αἰήτην Ἰάσων ἐνθένδε ἀπηλλάσσετο ξὺν τῇ Μηδείᾳ τὸ δέρας ἔχων, εἰ μὴ τά τε βασίλεια καὶ τὰ ἄλλα τῶν Κόλχων οἰκία διείργετο Φάσιδι ποταμῷ, ἵνα δὴ τὸ δέρας ἐκεῖνο κεῖσθαι ξυνέβαινεν, ὃ δὴ καὶ οἱ ποιηταὶ παραδηλοῦσιν οἱ τὰ τοιαῦτα ἀναγραψάμενοι. ὁ μὲν οὖν Φᾶσις τῇδε φερόμενος, ᾗπέρ μοι δεδιήγηται, ἐς αὐτόν που λήγοντα ἐμβάλλει τὸν Εὔξεινον πόντον. τοῦ δὲ μηνοειδοῦς κατὰ μὲν τὴν μίαν ἀρχὴν, ᾗ τῆς Ἀσίας ἐστὶ, Πέτρα ἡ πόλις ἐτύγχανεν οὖσα, ἐν δὲ δὴ τῇ ἀντιπέρας ἀκτῇ κατὰ τὴν τῆς Εὐρώπης μοῖραν Ἀψιλίων ἡ χώρα ἐστί· Λαζῶν δὲ κατήκοοί εἰσι καὶ Χριστιανοὶ γεγόνασιν ἐκ παλαιοῦ

1. ὀρῶν om. L. ibid. ἃ ταύτῃ] ἀκάτῃ L. 7. οὔτε — οὔτε — οὔτε] οὐδὲ ter P. ibid. πόλισμά τι] τι om. L. 9. δὲ τὴν] δέ που τὴν L. 10. δέρας L. δέρρας P hic et infra. 15. οἰκία] οἰκεῖα Reg. Idem vitium hic et supra in L. 21. τὴν τῆς] τῆς om. L.

Caucaso, seque in Pontum evolvit, lunatum eius littus medium secans. Unde fluxit eorum opinio, qui illo continentem utramque dividunt; et partes quidem a laeva amnis positas, Asiam, eas vero, quae sunt a dextera, Europam vocant. In parte, quae Europae attribuitur, habent Lazi sua omnia domicilia; in altera nec oppidum ullum, nec praesidium, nec vicus illis est alicuius momenti: hic solum Petram Romani antea aedificaverant. In hac parte Lazicae, si indigenas audimus, vellus illud asservabatur, cuius gratia constructam Argo fabulantur Poëtae. At illi, meo quidem iudicio, falluntur. Neque enim Aeetem, credo, latuisset Iasonis fuga, inde vellus cum Medea auferentis, nisi fluvius Phasis regiam ac caeteras Colchorum domos, ubi id vellus erat repositum, seclusisset: quod et Poëtae, qui haec descripserunt, indicant. Profluens ita Phasis, ut declaravi, in extremum Pontum Euxinum irrumpit. In parte demum Asiae, ubi littus in cornua Lunae curvari incipit, sita erat urbs Petra: littus, quod e regione est in parte Europae, obtinent Apsilii,

οἱ Ἀψίλιοι, ὥσπερ καὶ τἆλλα ξύμπαντα ἔθνη, ὧνπερ ἐπεμνή-
σθην ἐς τόδε τοῦ λόγου.

γ'. Ταύτης δὲ τῆς χώρας καθύπερθεν ὄρος τὸ Καυκά- P 570
σιόν ἐστι. τοῦτο δὲ τὸ ὄρος, ὁ Καύκασος, ἐς τοσόνδε ὕψους
ἀνέχει, ὥστε δὴ αὐτοῦ τῶν μὲν ὑπερβολῶν οὔτε ὄμβρους οὔτε H 321
νιφετοὺς ἐπιψαύειν ποτέ. τῶν γὰρ νεφελῶν αὐτὰς ἁπασῶν κα-
θυπερτέρας ξυμβαίνει εἶναι. τὰ δὲ μέσα μέχρι τῶν ἐσχάτων χιό-
νων ἔμπλεα διηνεκῶς ἐστι. καὶ ἀπ' αὐτοῦ οἱ πρόποδες ὑψηλοὶ
ἐς ἄγαν τυγχάνουσιν ὄντες, οὐδέν τι καταδεέστερον τῶν ἐν τοῖς
ὄρεσι τοῖς ἄλλοις σκοπέλων. τῶν δὲ τοῦ Καυκασίου ὄρους προ-
πόδων οἱ μὲν πρός τε βορρᾶν ἄνεμον καὶ ἥλιον δύοντα τετραμ- B
μένοι ἔς τε Ἰλλυριοὺς καὶ Θρᾷκας διήκουσιν, οἱ δὲ πρὸς ἀνί-
σχοντα ἥλιον καὶ ἄνεμον νότον ἐς τὰς διεξόδους ἐξικνοῦνται αὐ-
τάς, αἳ τὰ τῇδε ᾠκημένα Οὐννικὰ ἔθνη ἐς γῆν τὴν τῶν Περσῶν
καὶ Ῥωμαίων ἄγουσιν. ὧνπερ ἁτέρα μὲν Τζοὺρ ἐπικέκληται,
ἡ δὲ δὴ ἑτέρα πύλη ἐκ παλαιοῦ Κασπία ἐκλήθη. ταύτην δὲ τὴν
χώραν, ἣ ἐξ ὄρους τοῦ Καυκασίου ἄχρι ἐς τὰς Κασπίας κατα-
τείνει πύλας, Ἀλανοὶ ἔχουσιν, αὐτόνομον ἔθνος, οἳ δὴ καὶ Πέρ-
σαις τὰ πολλὰ ξυμμαχοῦσιν, ἐπί τε Ῥωμαίους καὶ ἄλλους πολε-
μίους στρατεύουσι. τὰ μὲν οὖν ἀμφὶ τῷ ὄρει τῷ Καυκασίῳ
ταύτῃ πῃ ἔχει.

Οὖννοι δέ, οἱ καὶ Σάβειροι καλούμενοι, ἐνταῦθα ᾤκηνται
καὶ ἄλλ' ἄττα Οὐννικὰ ἔθνη. ἐνθένδε μὲν τὰς Ἀμαζόνας C

1. ἐπεμνήσθην] ἐμνήσθην Reg. 4. ὕψους] ὕψος Reg. 5. δὴ] δι' L. 6. νεφελῶν] νεφῶν H. 8. διηνεκῶς] διηνεκὲς Reg. 12. πρός τε ἀνίσχοντα L. 17. ἐξ ὄρους] ἐξόδους Reg. 22. καλούμενοι] ἐπικαλούμενοι Reg.

sub Lazorum dominatu a multo iam tempore Christiani, quemadmodum aliae nationes omnes, quarum modo mentionem feci.

3. Est ultra regionem hanc Caucasus: qui mons in tantam altitudinem surgit, ut nec pluvia, nec nix eius culmina contingant unquam, utpote quibusvis nubibus altiora. A medio ad imum plenus est assidua nive: infimaeque ipsius partes non minus quam summi aliorum montium scopuli sese attollunt: atque hae quidem Septentrioni Solique occidenti obversae, ad Illyricum ad Thraciam procurrunt: illae vero in Orientem ac Meridiem vergentes, ad Portas evadunt, quae Hunnos vicinos in Persarum ac Romanorum oras inducunt: Tzur altera, altera veteri nomine Caspia dicitur. Tractum illum, qui a monte Caucaso ad portas Caspias pertingit, Alani tenent, nullius imperio subditi, Persarum plerumque socii, et in Romanos caeterosque eorum hostes arma soliti ferre. Hactenus de Caucaso.

Ibi Hunni, quos Sabiros appellant, et aliae quaedam gentes Hunnicae habitant. Egressas inde Amazonas, et castra ad Themiscyrum,

ὡρμῆσθαί φασιν, ἀμφὶ δὲ τὸ Θεμίσκυρον καὶ ποταμὸν τὸν Θερμώδοντα ἐνστρατοπεδεύσασθαι, ἧπέρ μοι ἔναγχος εἴρηται, οὗ δὴ πόλις ἐν τῷ παρόντι Ἀμισός ἐστι. τανῦν δὲ οὐδαμῆ τῶν ἀμφὶ τὸ Καυκάσιον ὄρος χωρίων Ἀμαζόνων τις μνήμη ἢ ὄνομα διασώζεται, καίτοι καὶ Στράβωνι καὶ ἄλλοις τισὶ λόγοι ἀμφ' αὐταῖς πολλοὶ εἴρηνται. ἀλλά μοι δοκοῦσι μάλιστα πάντων τά γε κατὰ τὰς Ἀμαζόνας ξὺν τῷ ἀληθεῖ λόγῳ εἰπεῖν, ὅσοι ἔφασαν οὐ πώποτε γένος γυναικῶν ἀνδρεῖον γεγονέναι, οὐδὲ ὄρει μόνῳ τῷ Καυκασίῳ τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν θεσμῶν τῶν οἰκείων ἐξί-
D στασθαι, ἀλλὰ βαρβάρους ἐκ τῶνδε τῶν χωρίων στρατῷ μεγάλῳ ξὺν γυναιξὶ ταῖς αὐτῶν ἰδίαις ἐπὶ τὴν Ἀσίαν στρατεῦσαι, στρατόπεδόν τε ἀμφὶ ποταμὸν Θερμώδοντα ποιησαμένους ἐνταῦθα μὲν τὰς γυναῖκας ἀπολιπεῖν, αὐτοὺς δὲ γῆν τῆς Ἀσίας τὴν πολλὴν καταθέοντας, ἐπαντιασάντων σφίσι τῶν τῇδε ᾠκημένων, ἅπαντας ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθῆναι, οὐδένα τε αὐτῶν τὸ παράπαν ἐπανήκειν ἐς τῶν γυναικῶν τὸ χαράκωμα, καὶ τὸ λοιπὸν ταύτας δὴ τὰς γυναῖκας, δέει τε τῶν περιοίκων καὶ ἀπορίᾳ τῶν ἀναγκαίων ἀναγκασθείσας, τό τε ἀρρενωπὸν ἀμφιέσασθαι οὔ τι
V 183 ἐθελουσίας καὶ ἀνελομένας τὴν πρὸς τῶν ἀνδρῶν ἐν τῷ στρατο-
P 571 πέδῳ ἀπολελειμμένην τῶν ὅπλων σκευήν, καὶ ταύτῃ ἐξωπλισμένας ὡς ἄριστα ἔργα τὰ ἀνδρεῖα ξὺν ἀρετῇ ἐπιδείξασθαι, διωθουμένης ἐς τοῦτο αὐτὰς τῆς ἀνάγκης, ἕως δὴ ἁπάσαις διαφθαρῆναι ξυνέπεσε. ταῦτα δὲ ὧδέ πη γεγονέναι καὶ ξὺν τοῖς ἀνδράσι

1. Θεμίσκυρον] Θεμίσκουρον Reg. ut p. 567 b. 3. Ἀμισός] ἀμινσός H. 8. ἀνδρεῖον] ἀνδρείων L. 10. στρατῷ] στρατεύματι Reg. 18. ἀναγκαίων] ἐπιτηδείων Reg. 20. ἐξωπλισμένας L. ἐξοπλισαμένας P.

fluviumque Thermodontem, ubi nunc est urbs Amisus, ut paulo ante dixi, metatas ferunt. Hodie in locis Caucaso circumiectis nec nomen restat Amazonum, nec memoria, quamvis multa de his Strabo aliique nonnulli commemorent. Eorum autem videtur mihi verisimillima de Amazonibus sententia, qui affirmarunt, virile mulierum genus nunquam extitisse, nec naturam hominum a suis descivisse legibus in uno monte Caucaso: sed ingentem Barbarorum exercitum cum uxoribus illinc profectum expeditionem in Asiam suscepisse, et castris ad amnem Thermodontem positis, relictisque ibi uxoribus, cum magnam Asiae partem percurrissent, ab incolis adversos se offerentibus, caesos ad internecionem, neque ad uxorem castra reversum quemquam fuisse: has deinde viciniae metu et victus penuria adactas, induisse virilem animum habitumque, repugnante licet ingenio; ac sumptis armis, quae in castris mariti reliquerant, optime instructas, virilia facinora forti pectore edidisse, eas ad id compellente necessitate, donec omnes interierunt. Haec ita

τὰς Ἀμαζόνας στρατεύσασθαι καὶ αὐτὸς οἴομαι, τεκμηριούμενος οἷς δὴ καὶ χρόνῳ τῷ κατ' ἐμὲ ξυνηνέχθη γενέσθαι. τὰ γὰρ ἐπιτηδεύματα μέχρι ἐς τοὺς ἀπογόνους παραπεμπόμενα τῶν προγεγενημένων τῆς φύσεως ἴνδαλμα γίνεται. Οὔννων τοίνυν καταδραμόντων πολλάκις τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν, τοῖς τε ὑπαντιάσασιν ἐς χεῖρας ἐλθόντων, τινὰς μὲν αὐτῶν πεσεῖν ἐνταῦθα τετύχηκε, μετὰ δὲ τῶν βαρβάρων τὴν ἀναχώρησιν Ῥωμαῖοι διερευνώμενοι B τῶν πεπτωκότων τὰ σώματα καὶ γυναῖκας ἐν αὐτοῖς εὗρον. ἄλλο μέντοι γυναικῶν στράτευμα οὐδαμῆ τῆς Ἀσίας ἢ τῆς Εὐρώπης ἐπιχωριάζον ἐφάνη. οὐ μὴν οὐδὲ τὰ Καυκάσια ὄρη ἀνδρῶν ἔρημα γεγενῆσθαι πώποτε ἀκοῇ ἴσμεν. περὶ μὲν οὖν τῶν Ἀμαζόνων τοσαῦτα εἰρήσθω.

Μετὰ δὲ Ἀψιλίους τε καὶ τοῦ μηνοειδοῦς τὴν ἑτέραν ἀρχὴν ἐς τὴν παραλίαν Ἀβασγοὶ ᾤκηνται, ἄχρι ἐς τὰ Καυκάσια ὄρη διήκοντες. οἱ δὲ Ἀβασγοὶ Λαζῶν μὲν κατήκοοι ἐκ παλαιοῦ ἦσαν, ἄρχοντας δὲ ὁμογενεῖς δύο ἐς ἀεὶ εἶχον. ὧν ἅτερος μὲν ἐς τῆς χώρας τὰ πρὸς ἑσπέραν, ὁ δὲ δὴ ἕτερος ἐς τὰ πρὸς ἀνί- C σχοντα ἥλιον ἵδρυτο. οἱ δὲ βάρβαροι οὗτοι μέχρι μὲν καὶ ἐς ἐμὲ ἄλση τε καὶ ὕλας ἐσέβοντο. θεοὺς γὰρ τὰ δένδρα βαρβάρῳ τινὶ ἀφελείᾳ ὑπώπτευον εἶναι. πρὸς δὲ τῶν ἐν σφίσιν ἀρχόντων τὰ δεινότατα διὰ φιλοχρηματίας μέγεθος ἔπασχον. ἄμφω γὰρ αὐτῶν οἱ βασιλεῖς, ὅσους ἂν παῖδας ἐν τούτῳ τῷ ἔθνει ἀγαθούς τε

1. στρατεύσασθαι] στρατεύεσθαι H. 2. τὰ γάρ] τὰ δὲ H. 5. ἀρχὴν om. L. 7 τῶν βαρβάρων τὴν] τὴν τῶν βαρβάρων L. 17. τῆς χώρας τὰ] τὰς χώρας τὰς Reg. 18. ἵδρυτο L. ἵδρυντο P. ibid. καὶ om. L.

gesta, et Amazonas ad bellum viros secutas esse, ex iis coniicio, quae contigerunt aetate mea: siquidem progenitorum natura in studiis atque artibus elucet ad nepotes transmissis. Saepe igitur accidit, ut cum Hunni per Imperium Romanum grassarentur, collata cum obviis manu pars eorum occumberet. Post Barbarorum discessum, Romani caesorum cadavera inspicientes, in his feminas repererunt. Porro nec in Asia nec in Europa alius praeterea mulierum exercitus visus est, nec montes Caucasios viris unquam viduatos audivimus. Atque haec de Amazonibus dicta sunto.

Trans Apsilios alterumque lunati recessus caput, oram habent maritimam Abasgi, adusque Caucasum pertinentes. Olim Lazorum ditione comprehendebantur, sub geminis Principibus popularibus suis: quorum alter occiduam regionis partem obtinebat, alter orientalem. Hi Barbari ad meam aetatem lucos et silvas coluerunt, barbara simplicitate arbores in Deorum ducentes numero. Summa autem suorum Principum avaritia importunissime vexabantur: cum ambo ipsorum Reges, quoscunque cer-

τὴν ὄψιν καὶ τὸ σῶμα καλοὺς ἴδοιεν, τούτους δὴ ὀκνήσει οὐδεμιᾷ ἐκ τῶν γειναμένων ἀφέλκοντες εὐνούχους τε ἀπεργαζόμενοι ἀπεδίδοντο ἐς τῶν Ῥωμαίων τὴν γῆν τοῖς ὠνεῖσθαι βουλομένοις
H 322 χρημάτων μεγάλων. τούς τε αὐτῶν πατέρας ἔκτεινον εὐθὺς, τοῦ
D μή αὐτῶν τινας τίσασθαί ποτε τῆς ἐς τοὺς παῖδας ἀδικίας τὸν βασιλέα ἐγχειριεῖν, μηδὲ ὑπόπτους αὐτοῖς τῶν κατηκόων τινὰς ἐνταῦθα εἶναι. ἥ τε τῶν υἱέων εὐμορφία σφίσιν ἐς τὸν ὄλεθρον ἀπεκρίνετο. διεφθείροντο γὰρ οἱ ταλαίπωροι, παίδων θανάσιμον δεδυστυχηκότες εὐπρέπειαν. καὶ ἀπ᾿ αὐτοῦ τῶν ἐν Ῥωμαίοις εὐνούχων οἱ πλεῖστοι καὶ οὐχ ἥκιστα ἐν τῇ βασιλέως αὐλῇ γένος Ἀβασγοὶ ἐτύγχανον ὄντες. ἐπὶ τούτου δὲ Ἰουστινιανοῦ βασιλεύοντος ἅπαντα Ἀβασγοῖς ἐπὶ τὸ ἡμερώτερον τετύχηκε μεταμπίσχεσθαι. τά τε γὰρ Χριστιανῶν δόγματα εἵλοντο καὶ αὐτοῖς Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς τῶν τινα ἐκ παλατίου εὐνοῦχον στείλας, Ἀβασγὸν γένος, Εὐφραντὰν ὄνομα, τοῖς αὐτῶν βασιλεῦσι διαρρή-
P 572 δην ἐπεῖπε μηδένα τὸ λοιπὸν ἐν τούτῳ τῷ ἔθνει τὴν ἀρρενωπίαν ἀποψιλοῦσθαι, σιδήρῳ βιαζομένης τῆς φύσεως. ὃ δὴ ἄσμενοι Ἀβασγοὶ ἤκουσαν. καὶ τῇ τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως διατάξει θαρροῦντες ἤδη τὸ ἔργον τοῦτο σθένει παντὶ διεκώλυον. ἐδεδίει γὰρ αὐτῶν ἕκαστος μή ποτε παιδίου πατὴρ εὐπρεποῦς γένηται. τότε δὴ Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς καὶ ἱερὸν τῆς Θεοτόκου ἐν Ἀβασγοῖς οἰκοδομησάμενος, ἱερεῖς τε αὐτοῖς καταστησάμενος, διεπράξατο

4. τούς τε] τούτους τε L. ibid. ἔκτεινον] ἔθυον L. 8. θανάσιμον L. θανασίμην P. 10. καὶ οὐχ L. Aberat καί. 14. εὐνοῦχον] εὐνούχων L. 15. εὐφραντὰν Reg. εὐφράνταν L. εὐφρατὰν HP. 18. διατάξει] ἐπιτάξει Reg.

nerent, in ea gente formoso vultu et corpore decenti pueros, nulla interposita mora ex complexu parentum eos abstraherent, et adempta virilitate, emere volentibus magno pretio venderent in Romano Imperio. Eorum patres de medio protinus tollebant: ne quorumdam ex eo numero querelis permotus Imperator, factam ipsorum filiis iniuriam ulcisci aggrederetur, nec subditorum quemquam apud se haberent suspectum. Itaque in eorum perniciem cedebat elegans filiorum forma, ac misere peribant, exitiali prolis pulchritudine infelices. Hinc fiebat, ut spadonum inter Romanos agentium plurimi, etiam in Aula Imperatoria, Abasgi natione essent. Nunc autem principe Iustiniano, omnia Abasgis in mitius meliusque conversa sunt. Nam et Christianam religionem amplexi sunt, et Iustinianus Augustus misso ad eos quodam ex Eunuchis Palatii, Abasgo genere, nomineque Euphrata, ipsorum Regibus diserte edixit, ne cui posthac in ea gente virilitatem exciderent, naturam ferro violante. Quae lubentibus animis acceperunt Abasgi, ac iam freti mandato Imperatoris Romani, id ne fieret totis viribus obstiterunt. Timebat enim quisque ne formosi filii pater fieret. Tum quoque Iustinianus Augustus

ἅπαντα αὐτοὺς ἤδη τῶν Χριστιανῶν ἐκδιδάσκεσθαι, τούς τε βασιλεῖς ἄμφω Ἀβασγοὶ καθελόντες αὐτίκα ἐν ἐλευθερίᾳ βιοτεύειν ἐδόκουν. ταῦτα μὲν οὖν τῇδε ἐχώρησε.

δ'. Μετὰ δὲ τοὺς Ἀβασγῶν ὅρους κατὰ μὲν τὸ ὄρος τὸ V 184 Καυκάσιον Βροῦχοι ᾤκηνται, Ἀβασγῶν τε καὶ Ἀλανῶν μεταξὺ ὄντες. κατὰ δὲ τὴν παραλίαν πόντου τοῦ Εὐξείνου Ζῆκχοι ἵδρυνται. τοῖς δὲ δὴ Ζήκχοις τὸ μὲν παλαιὸν ὁ Ῥωμαίων αὐτοκράτωρ βασιλέα καθίστη, τὸ δὲ νῦν οὐδ' ὁτιοῦν Ῥωμαίοις ἐπακούουσιν οἱ βάρβαροι οὗτοι. μετὰ δὲ αὐτοὺς Σαγίδαι μὲν οἰκοῦσι, μοῖραν δὲ αὐτῶν τῆς παραλίας Ῥωμαῖοι ἐκ παλαιοῦ ἔσχον. φρούριά τε δειμάμενοι ἐπιθαλασσίδια δύο, Σεβαστόπολίν τε καὶ Πιτυοῦντα, δυοῖν ἡμέραιν ὁδῷ ἀλλήλοιν διέχοντα, φρουρὰν ἐνταῦθα στρατιωτῶν τὸ ἐξ ἀρχῆς κατεστήσαντο. τὰ C μὲν γὰρ πρότερα κατάλογοι Ῥωμαίων στρατιωτῶν ἐς τὰ ἐπὶ τῆς ἀκτῆς πάντα χωρία ἐκ τῶν Τραπεζοῦντος ὁρίων ἄχρι ἐς τοὺς Σαγίδας εἶχον, ἧπέρ μοι εἴρηται· νῦν δὲ μόνα τὰ δύο ταῦτα φρούρια ἐλέλειπτο σφίσιν, οὗ δὴ τὰ φυλακτήρια καὶ ἐς ἐμὲ εἶχον, ἐπειδὴ Χοσρόης, ὁ Περσῶν βασιλεύς, Λαζῶν αὐτὸν ἐπαγαγομένων ἐς τὴν Πέτραν στράτευμα Περσῶν ἐνταῦθα στέλλειν ἐν σπουδῇ ἔσχε, τούς τε τὰ φρούρια ταῦτα καθέξοντας καὶ καθιζησομένους ἐν τοῖς ἐνταῦθα φυλακτηρίοις. ἅπερ ἐπεὶ οἱ Ῥωμαίων στρατιῶται προμαθεῖν ἴσχυσαν, προτερήσαντες τάς τε D

3. ἐχώρησε] ἐχώρησαν H. 5. Ἀλανῶν] ἀλαμανῶν H. 6. Ζῆκχοι — Ζήκχοις] ζῆχοι — ζήχοις Reg. 7. δὴ addidi ex L. ibid. τὸ μὲν παλαιὸν] μὲν τὸ παλαιὸν P. κατὰ μὲν παλαιὸν L. 9. Σαγίδαι] σαγίναι H. σαγῆναι L. 15. Σαγίδας] σαγίνας HL. 17. καὶ ἐς L. Aberat καὶ. 18. ἐπειδὴ δὲ P. δὲ om. L. ibid. αὐτὸν] αὐτῶν L. 19. ἐς om. L. 20. ἔσχε] εἶχε Reg. 22. προμαθεῖν] προσμαθεῖν L. ibid. τάς τε] τε τὰς H.

Deiparae templum apud Abasgos condidit, ibique sacerdotibus constitutis, effecit ut ritus omnes Christianorum edocerentur. Mox Abasgi sublatis Regibus, vitam agere liberam visi sunt. Haec ibi sic processere.

δην ἀπολεχθέντες ὡς ἀγχοτάτω τοῦ τείχους ἔθεντο. ἑκατέρω-
θεν δὲ μηχανῆς ἑκάστης ἕτεροι ἵσταντο, τεθωρακισμένοι τε καὶ

2. Σάβειροι] σάβηροι L. ibid. ᾗπερ L. ὥσπερ P. 11. ἀπηργάσαντο L. ἀπειργάσαντο Lm. 20. ἀριστίνδην L. ἀριστείνδην P.

nempe est humani mos ingenii, ut pariter cum tempore ad novas rerum inventiones semper progrediatur. Ex tempore Sabiri isti arietem excitarunt, non consueto, sed novo quodam alio modo. Neque enim rectis transversisque trabibus compegerunt hanc machinam, verum crassioribus virgis inter se nexis, et in omni latere aptatis trabium loco, totam machinam coriis ita circumtexerunt, ut speciem arietis retinuerint, una admodum trabe in medio catenis laxis, ut assolet, suspensa; cuius caput in mucronem desinens, et ferro circummunitum, non secus ac teli cuspis, muros crebro impulsu verberaturum erat. Porro adeo levem fecere hanc machinam, ut eam a viris intus dispositis trahi agive necesse non esset; sed viri quadraginta, qui trabem retracturi et in murum impulsuri erant, arietariam machinam humeris expeditissime gestarent, intus protecti coriis. Tres igitur hi Barbari machinas eiusmodi struxerunt, trabibus cum suo ferro detractis ex arietibus, quos Romani, a se comparatos, nequibant ad moenia trahere: tum earum quamque ingressi milites Romani minimum quadraginta ex fortissimis delecti, illos muro admoverunt. Ad machinas cuiusque latera stabant alii, loricis galeisque egregie muniti,

κράνεσι τὰς κεφαλὰς ἐς τὸ ἀκριβὲς κεκαλυμμένοι καὶ κοντοὺς ἔχοντες, ὧνπερ τὰ ἄκρα σιδηρίοις ἀγκιστροειδέσιν ἐρήρειστο, τούτου δὴ παρεσκευασμένων αὐτοῖς ἕνεκα, ὅπως, ἐπειδὰν ἡ τοῦ κριοῦ ἐς τὸν περίβολον ἐμβολὴ ξυγχέῃ τὰς τῶν λίθων ἐπιβολάς, τούτοις δὴ τοῖς κοντοῖς περιαιρεῖν τε τοὺς ξυγχεομένους τῶν λίθων καὶ ἀπορριπτεῖν δυνατοὶ εἶεν. Ῥωμαῖοι μὲν οὖν ἔργου εἴχοντο καὶ τὸ τεῖχος ἤδη συχναῖς ταῖς ἐμβολαῖς κατεσείετο, οἱ δὲ τῶν μηχανῶν ἐφ' ἑκάτερα ὄντες τοῖς ἀγκιστροειδέσι κοντοῖς τῶν
C λίθων τοὺς ξυνταρασσομένους ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν οἰκοδομίαν ξυνθήκης ἐρρίπτουν, ἁλώσεσθαί τε ἡ πόλις αὐτίκα δὴ μάλα ἐπίδοξος ἦν. οἱ δὲ Πέρσαι ἐπενόουν τάδε. ξύλινον πύργον, ὅσπερ
V 199 αὐτοῖς ἐκ παλαιοῦ παρεσκεύαστο, καθύπερθεν τοῦ περιβόλου ἐτίθεντο, ἀνδρῶν ἔμπλεων τῶν ἐν σφίσι μαχιμωτάτων, ἥλοις τε σιδηροῖς καὶ θώραξι τάς τε κεφαλὰς καὶ τὸ ἄλλο σῶμα περιβαλλόντων. ἀγγεῖα δὲ θείου τε καὶ ἀσφάλτου ἐμπλησάμενοι καὶ φαρμάκου, ὅπερ Μῆδοι μὲν νάφθαν καλοῦσιν, Ἕλληνες δὲ Μηδείας ἔλαιον, πυρί τε ταῦτα ὑφάψαντες ἐπὶ τὰς μηχανὰς τῶν κριῶν ἔβαλλον, ὥσπερ ὀλίγου ἐμπιπράναι πάσας ἐδέησεν. ἀλλ'
D οἱ περὶ ταύτας, ὥσπερ μοι ἐρρήθη, ἑστῶτες, τοῖς κοντοῖς, ὧνπερ ἐπεμνήσθην ἀρτίως, ἐνδελεχέστατα περιαιροῦντες τὰ βαλλόμενα καὶ περικαθαίροντες, ἅπαντα ἐς τὸ ἔδαφος ἐκ τῶν μηχανῶν εὐθὺς ἐρρίπτουν. οὐκ ἐπὶ πολὺ δὲ πρὸς τὸ ἔργον τοῦτο ἀνθέξειν

3. τούτου] τούτων Reg. *ibid.* ἕνεκα] ἤνεγκαν L. 6. ἀπορρίπτειν L. 16. νάφθαν] Suidas s. h. v. et s. φάρμακον. 18. ὥσπερ] ὡς παρ' L corr. *ibid.* ὀλίγου L. ὀλίγῳ P. 19. περὶ ταύτας] παρὰ ταῦτα L. 21. καὶ περικαθαίροντες τὰ βαλλόμενα L.

atque instructi contis, quorum cuspides uncis ferreis praefixae erant, eo consilio, ut cum arietis caput, muro impactum, structuram eius convulsisset, lapides confusos dimovere his contis ac proiicere possent Ergo rem aggressis Romanis, iam murus crebris impressionibus quatiebatur, et qui hinc inde astabant machinis, lapides sedibus suis emotos excutiebant contis, eratque opinio urbem continuo expugnatum iri. At Persae istud excogitarunt. Turrim ligneam, iamdiu paratam, moenibus imposuerunt, ac viris complerunt pugnacissimis, qui pectoribus loricas, capitibus ac reliquo corpori tegmina induerant clavis ferreis horrida. Vascula sulphure, bitumine et veneno, quod Medi Naphthan, Graeci Medeae oleum vocant, plena, atque igni concepto ardentia, in arietarias machinas mittebant; sic ut cunctae tantum non conflagraverint. Sed enim qui illis, uti dixi, astabant, contis, quorum modo memini, depellentes ac repurgantes quae iacta fuerant, e machinis omnia confestim humi devolvebant: quanquam haud diu labori huic suffecturos se et restituros

ὑπώπτευον. τὸ γὰρ πῦρ οὗ προσψαύσειεν ἐνεπίμπρα αὐτίκα, εἰ μὴ εὐθυωρὸν ἀποβληθείη. ταῦτα μὲν οὖν ἐπράσσετο τῇδε.

Βέσσας δὲ αὐτὸς τεθωρακισμένος καὶ ἅπαν ἐξοπλίσας τὸ στράτευμα κλίμακας πολλὰς ἐς τὸ πεπτωκὸς τοῦ τείχους προῆγε. καὶ λόγῳ τοσαῦτα παραθαρρύνας, ὅσα μὴ ἀμβλῦναι τοῦ καιροῦ τὴν ἀκμήν, ἔργοις τῆς παρακελεύσεως τὸ λοιπὸν ἔνειμεν. ἀνὴρ γὰρ πλέον ἢ ἑβδομήκοντα γεγονὼς ἔτη καὶ παντάπασιν ἔξωρος ὢν ἤδη πρῶτος ἐπέβη τῆς κλίμακος. ἐνταῦθα μάχη καὶ ἀρετῆς ἐπί- P 595
δειξις γίνεται Ῥωμαίοις τε καὶ Πέρσαις οἵαν ἔγωγε κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον οὐδαμῆ οἶμαι ξυνενεχθῆναι. τὸ μὲν γὰρ βαρβάρων πλῆθος εἰς δισχιλίους καὶ τριακοσίους ξυνῄει, Ῥωμαῖοι δὲ ἐς ἑξακισχιλίους ἐτύγχανον ὄντες. καὶ αὐτῶν ἑκατέρωθεν ὅσοι οὐ διεφθάρησαν τραυματίαι σχεδόν τι γεγόνασιν ἅπαντες, ὀλίγους τε λίαν ἐπ' ἀθῴοις τοῖς σώμασι περιεῖναι ξυνέβη. Ῥωμαῖοι μὲν οὖν τὴν ἀνάβασιν ἐβιάζοντο δυνάμει τῇ πάσῃ, Πέρσαι δὲ αὐτοὺς πόνῳ πολλῷ ἀπεκρούοντο. ἀμφοτέρωθεν δὲ κτεινομένων πολλῶν οὐ μακράν που ἐγένοντο τοῦ ἀπεῶσθαι τὸν κίνδυνον Πέρσαι. ὠθισμοῦ γὰρ πολλοῦ ἐν τῇ τῶν κλιμάκων ὑπερβολῇ γεγενημένου ἄλλοι τε Ῥωμαίων συχνοί, ἅτε πολεμίοις καθύπερθεν οὖσι μα- B
χόμενοι, ἔθνησκον καὶ Βέσσας ὁ στρατηγὸς ἐς τὸ ἔδαφος ἐκπε-

3. Βέσσας] βέσας H, et infra saepius. 4. τοῦ L. τοῦτο τοῦ P. ibid. προ^{σ}ῆγε L. 5. τοσαῦτα — ὅσα] τοσοῦτον — ὅσον L. ibid. παραθαρρύνας Reg. παραθαρσύνας P. 6. τὸ λοιπὸν] τὰ λοιπὰ Reg. 7. ἔτη] ἐτῶν L. 8. μάχη] μέχρι L. 10. γὰρ om. L. 13. γεγόνασι πάντες L. 20. ἐκπεσὼν] πεσὼν L.

putabant. Nam quidquid ignis contingeret, nisi eodem puncto temporis excuteretur, id protinus absumebat. Ita quidem haec agebantur.

Bessas vero ipse loricatus, armatis omnibus copiis, ad muri partem collapsam scalas applicuit, et cum suos verbis eatenus animasset, ut hebescere non sineret occasionis vim, exhortationis reliquum impendit factis. Vir enim annis maior septuaginta, ac plane iam exoletus, scalas primus ascendit. Tum Persae et Romani in pugnam coorti sunt cum ea significatione virtutis, cui parem, mea quidem sententia, aetas haec nusquam vidit. Siquidem collectis Barbaris ad duo millia et trecentos, Romanis ad sex millia, ex utrisque, qui non interierunt, vulnerati sunt fere omnes, nec nisi oppido pauci illaeso corpore superfuerunt. Itaque ascensum Romani totis viribus tentabant: eos Persae labore multo repellebant. Cadentibus utrinque plurimis, nihil propius factum est, quam ut Persae periculum amolirentur. Nam cum in summis scalis magna vi sese invicem truderent, et Romani cum hoste superiorem locum tenente pugnarent, magno his numero pereuntibus, Bessas Magister militum de-

σῶν ἔκειτο. καὶ τότε δὴ κραυγῆς ἐξαισίας πρὸς ἀμφοτέρων γεγενημένης οἱ μὲν βάρβαροι πανταχόθεν ξυρρέοντες ἐπ' αὐτὸν ἔβαλον, οἱ δὲ δορυφόροι ξυνέστησάν τε σπουδῇ ἀμφ' αὐτὸν καὶ κράνη μὲν ἐν ταῖς κεφαλαῖς ἔχοντες, θώρακας δὲ ἀμπεχόμενοι πάντες, ἔτι μέντοι καθύπερθεν ταῖς ἀσπίσι φραξάμενοι καὶ ἐν χρῷ ξυνιόντες ἀλλήλοις, ὀροφῆς αὐτῷ σχῆμα ἐποίουν καὶ τόν τε στρατηγὸν ὡς ἀσφαλέστατα ἔκρυψαν καὶ τὰ βαλλόμενα παντὶ σθένει ἀπεκρούοντο. καὶ πάταγος μὲν τῶν ἀεὶ πεμπομένων τε καὶ ταῖς ἀσπίσιν ἢ τοῖς ἄλλοις ὅπλοις ἀποκαυλιζομένων βελῶν
C πολὺς ἐγεγόνει, κραυγῇ δὲ καὶ ἄσθματι καὶ ταλαιπωρίᾳ ἕκαστος εἴχετο. Ῥωμαῖοί τε ἅπαντες τῷ στρατηγῷ ἀμύνειν ἐν σπουδῇ ἔχοντες ἔβαλλον ἐς τὸ τεῖχος, οὐδένα ἀνιέντες καιρὸν, καὶ ταύτῃ τοὺς πολεμίους ἀνέστελλον. τότε δὴ ὁ Βέσσας (οὐδὲ γὰρ ἐξανίστασθαι εἶχε, τῆς ὁπλίσεως ἀντιστατούσης, ἄλλως τε καὶ τοῦ σώματός οἱ οὐκ εὐσταλοῦς ὄντος, ἦν γὰρ οὗτος ἀνὴρ εὔσαρκός τε καὶ, ὅπερ ἐρρήθη, ἐσχατογέρων) οὐκ ἐς ἀμηχανίαν ἐξέπεσε, καίπερ ἐς τοσοῦτον κινδύνου ἥκων, ἀλλὰ βουλεύεταί τι ἐκ τοῦ αἰφνιδίου, ᾧπερ αὐτόν τε καὶ τὰ Ῥωμαίων πράγματα διασώσασθαι ἔσχεν. τοῖς γὰρ δορυφόροις ἐπέστελλε σύρειν τε αὐτὸν ἐκ ποδὸς καὶ ὡς ἀπωτάτω τοῦ τείχους ἐφέλκειν. οἱ δὲ κατὰ ταῦτα
D ἐποίουν. καὶ αὐτὸν οἱ μὲν ἔσυρον, οἱ δὲ ξὺν αὐτῷ ὑπεχώρουν, τὰς μὲν ἀσπίδας ὕπερθεν ἐπ' ἀλλήλους ἔχοντες, τοσαύτην δὲ

3. ἔβαλλον L. 4. θώρακα L. 6. ξυνιόντες] ξυνιέντες Vat. ibid. καὶ τόν τε] τε καὶ τὸν Hm. 9. καὶ ταῖς] κἂν ταῖς HL. 12. ἔβαλον L. ibid. καὶ ταύτῃ] καὶ om. L. 18. ᾧπερ] ὅπερ Reg. 19. αὐτὸν] αὐτῶν L. 21. οἱ δὲ ξὺν] καὶ αὐτοὶ δὲ ξὺν H.

iectus humi concidit. Utrinque tunc sublato clamore ingenti, confluentes undique Barbari, in eum tela coniecere. Circumfusi mox Protectores, galeis omnes ac loricis induti, obtentis desuper scutis, iunctisque inter se lateribus, testudine tanquam tecto Magistrum militum occultabant tutissime, et missilia omni ope prohibebant. Magnus erat telorum crepitus; cum usque et usque ingruentia, clypeis aliisve armis defringerentur. Clamore quisque, sublimi anhelitu et labore se conficiebat. Rursus Romani omnes Magistrum militiae tueri satagentes, iactis in muros sine ulla intermissione telis hostem reprimebant. Tum Bessas, praegravato armis corpore per se parum agili ob nimiam obesitatem, et quam extremam fuisse dixi senectutem, non valens surgere; quamvis in tantum discrimen adductus esset, nihilominus mente constitit, atque ex tempore consilium cepit, quo se ipse remque Romanam servavit. Etenim Protectoribus imperavit, ut se e vestigio raptarent, et procul a moenibus traherent. Illi dicto audientes partim eum trahebant, alii cum ipse recedebant, sublatis continuatisque inter se scutis, et in gressu modum

ποιούμενοι βάδισιν, ὅσον ἐκεῖνος ἐσύρετο, ὡς μὴ ἀπαρακάλυπτος [H 336] γεγονὼς πρὸς τῶν πολεμίων βληθείη. ἐπειδὴ δὲ ὁ Βέσσας ἐν τῷ ἀσφαλεῖ ἐγεγόνει, ἐξανίστατό τε καὶ παρακελευσάμενος ἐπὶ τὸ τεῖχος ᾔει, τῆς τε κλίμακος ἐπιβατεύσας αὖθις ἐπὶ τὴν ἀνάβασιν ὥρμητο. ἐπισπόμενοι δὲ Ῥωμαῖοι ἅπαντες ἔργα ἐς τοὺς πολεμίους ἐπεδείκνυντο ἀρετῆς ἄξια. περίφοβοί τε γενόμενοι Πέρσαι καιρὸν σφίσι τινὰ τοὺς ἐναντίους διδόναι ᾔτουν, ὅπως ξυσκευασάμενοι ἀπαλλάσσωνται τὴν πόλιν ἐνδόντες. Βέσσας δὲ δολώσεις αὐτοὺς ἐπιτεχνᾶσθαι ὑποτοπάζων, ὅπως μεταξὺ κρατύνωνται [P 596] τὸ τοῦ περιβόλου ὀχύρωμα, τὴν μὲν ξυμβολὴν καταπαύειν [V 200] ἔφη οὐχ οἷός τε εἶναι, τοὺς δὲ ἀμφὶ τῇ ὁμολογίᾳ βουλομένους αὐτῷ ξυγγενέσθαι, τῶν στρατοπέδων μαχομένων, οὐδέν τι ἧσσον εἰς ἑτέραν τινὰ ξὺν αὐτῷ ἰέναι τοῦ τείχους μοῖραν, δείξας τὸ χωρίον αὐτοῖς. τῶν δὲ οὐκ ἐνδεχομένων τὸν λόγον γίνεται μὲν αὖθις καρτερά τις μάχη καὶ ὠθισμὸς πολύς, ἔτι δὲ ἀγχωμάλου τῆς ξυμβολῆς οὔσης ξυνηνέχθη τὸ τεῖχος ἑτέρωθι, οὗπερ διορύξαντες Ῥωμαῖοι πρότερον ἔτυχον, ἐξαπιναίως καταπεσεῖν. ἐνταῦθα οὖν πολλοὶ ἐξ ἀμφοτέρων ξυνέρρεον. καὶ Ῥωμαῖοι μὲν πλήθει τοὺς πολεμίους παρὰ πολὺ ὑπεραίροντες, καίπερ [B] δίχα διῃρημένοι, πολλῷ ἔτι μᾶλλον βάλλοντές τε καὶ ὠθοῦντες καρτερώτατα τοῖς ἐναντίοις ἐνέκειντο. Πέρσαι δὲ οὐκέτι ὁμοίως ἀντεῖχον, ἑκατέρωθι βιαζόμενοι, ἀλλὰ διαιρεθεῖσα ἡ

5. ἅπαντες] πάντες Hm. 8. συσκευασάμενοι L. ibid. δὲ] τε L. 9. ἐπιτεχνάσασθαι Reg. ὑποτεχνᾶσθαι H. 12. αὐτῷ] αὐτοῖς H. 15. τις] ἡ H. ibid. ἀγχωμάλου] ἀγχομάχου Reg. 16. οὗπερ δὴ ὀρύξαντες L.

servabant aequalem ei, quo ille trahebatur; ne, si pateret, ab hostibus feriretur. Receptus in tutum Bessas surgit, astantesque hortatus, ad muros vadit, et pede scalis imposito, ascensum iterum ardenter molitur. Romani sequuntur omnes, ac facinora in hostes edunt viris fortibus digna. Conterriti Persae, nonnihil petunt spatii ad convasandum, ut dedita urbe discedant. At Bessas, haec ab illis dolose fingi coniiciens, ut hoc interim spatio muros firmarent, se quidem impressionem abrumpere non posse dixit: iis autem, qui de compositione secum agere vellent, quamvis pugna ferveret, licere nihilominus ad aliam secum ire murorum partem, quam indicabat. Illis dicta respuentibus, certamen redintegratum crudescit, seque acriter utrique trudunt. Adhuc Marte pugnabatur ancipiti, cum alia pars muri, quam prius Romani suffoderant, repente corruit. Utrinque eo multi confluere. Ac Romani quidem hostibus longe numero superiores, quamvis bipartito divisi, magis ac magis torquendo iacula trudendoque, validissime adversariis instabant. Persae vero hinc atque illinc appetiti, non ita iam repugnabant: sed eorum apparebat

ὀλιγανθρωπία ἐς ἄμφω τὰ μέρη διαφανὴς ἦν. οὕτω δὲ πονουμένων ἀμφοτέρων ἔτι τῶν στρατευμάτων καὶ οὔτε Περσῶν ἀποκρούεσθαι δυναμένων ἐγκειμένους σφίσι τοὺς πολεμίους οὔτε Ῥωμαίων βιάζεσθαι παντάπασι τὴν εἴσοδον οἵων τε ὄντων, νεανίας ἀνὴρ, Ἀρμένιος γένος, Ἰωάννης ὄνομα, Θωμᾶ υἱὸς, ὅνπερ ἐπίκλησιν ἐκάλουν Γούζην, τὰ μὲν καταπεπτωκότα τοῦ περιβόλου
C καὶ τοὺς ἐνταῦθα ὠθισμοὺς εἴασεν, Ἀρμενίων δὲ τῶν οἱ ἑπομένων ἐπαγαγόμενος ὀλίγους τινὰς διὰ τοῦ κρημνώδους, ᾗπερ ἅπαντες τὴν πόλιν ἀνάλωτον εἶναι ὑπώπτευον, βιασάμενος ἀνέβη τοὺς ταύτῃ φρουρούς. κατά τε τὰς ἐπάλξεις γενόμενος ἕνα Περσῶν τῶν τῇδε ἀμυνομένων, ὅσπερ μαχιμώτατος ἐδόκει εἶναι, δόρατι ἔκτεινεν. ἐσβατά τε Ῥωμαίοις ξυνηνέχθη τὰ τῇδε.

Πέρσαι δὲ, οἳ ἐν πύργῳ τῷ ξυλίνῳ εἱστήκεσαν, μέγα τι χρῆμα τῶν πυρφόρων ἀγγείων ὑφῆψαν, ὅπως τῶν βαλλομένων τῷ περιόντι καταφλέξαι αὐτοῖς ἀνδράσι τὰς μηχανὰς οἷοί τε ὦσιν, οὐ δυναμένων τῶν ἀμυνομένων ἅπαντα τοῖς κοντοῖς διω-
D θεῖσθαι. πνεῦμα δὲ νότου σκληρόν τε καὶ ὑπερφυὲς ἄγαν ἐξαπιναίως ἐξ ἐναντίας αὐτοῖς ξὺν πολλῷ πατάγῳ ἐπιπεσὸν, τῶν τοῦ πύργου σανίδων ἀμηγέπῃ μιᾶς ἥψατο. οὐ ξυνιέντων δὲ αὐτίκα τῶν ἐνταῦθα Περσῶν· (πόνῳ γὰρ καὶ θορύβῳ καὶ δέει καὶ ταραχῇ ἀμέτρῳ εἴχοντο ἅπαντες, ἥ τε ἀνάγκη αὐτοῖς παρη-

1. πονουμένων] ποιουμένων H. 2. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδὲ P. 3. ἐγκειμένων σφίσι τῶν πολεμίων L. 6. Γούζην] γοββύζην H: illud Hm. 8. ἐπαγαγόμενος Reg. ἐπαγόμενος P. ibid. ᾗπερ L. οὗπερ P. 12. ἐσβατά] ἐσβατόν Reg. ibid. τὰ τῇδε] τρόπῳ τοιῷδε Reg. 21. παρηρεῖτο] παρῃτεῖτο H.

paucitas, copiis bifariam distributis. Dum utrique ita confligunt, ut nec Persae imminentem sibi hostem repellere, nec Romani aditum prorsus perrumpere valeant; Ioannes, adolescens Armenius, idemque Thomae filius cognomento Guzes, a muri labe et iis, qui invicem ibi se propellebant, digreditur, assumptaque ex Armeniis, quorum Dux erat, exigua manu, cum ea subit per praecipitium, qua urbem non posse capi omnes existimabant. Custodibus illic dispositis illata vi, ascendit; cumque ad murorum pinnas evasisset, Persam, unum ex numero propugnatorum illius partis, qui bellicosissimus videbatur, occidit hasta, et eo Romanis aditum fecit.

Interea Persae, qui in turri lignea stabant, ignifera vasa quamplurima accenderunt, ut missilium eiusmodi maiori copia machinas cum viris comburerent, non sufficientibus, propugnatoribus omnia contis avertere. Subito Auster vehementissimus magno cum murmure illis ex adverso ingruens, turris asserem igni corrupit. Persis non statim animum advertentibus, cum omnes labore, tumultu, formidine, et nimia perturbatione essent impliciti, ac sensum ipsis necessitas auferret, convalescens pau-

ρεῖτο τὴν αἴσθησιν) ἡ φλὸξ κατὰ βραχὺ αἰρομένη τῷ τε τῆς Μηδείας ἐπωνύμῳ ἐλαίῳ καὶ οἷσπερ ἄλλοις ἐξήρτυτο τὸν πύργον ὅλον καὶ Πέρσας τοὺς ἐνταῦθα ἐνέπρησεν. ἐξηνθρακωμένοι τε ἅπαντες ἔπεσον, οἱ μὲν ἐντὸς τοῦ περιβόλου, οἱ δέ που ἐκτός, ἵνα δὴ αἵ τε μηχαναὶ καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὰς Ῥωμαῖοι εἱστήκεσαν· οὕτω δὲ καὶ οἱ ἄλλοι Ῥωμαῖοι, ὅσοι δὴ ἐς τοῦ περιβόλου τὰ κα- P 597 ταπεπτωκότα ἐμάχοντο, ἐνδιδόντων σφίσι τῶν πολεμίων ἔς τε ὀλιγωρίαν ἐμπεπτωκότων, ἐντὸς τοῦ περιβόλου ἐγένοντο, καὶ κατ' ἄκρας ἡ Πέτρα ἑάλω. τῶν μὲν οὖν Περσῶν ἐς πεντακοσίους ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἀναδραμόντες καὶ τὸ ἐκείνῃ καταλαβόντες ὀχύρωμα ἡσυχῇ ἔμενον, τοὺς δὲ ἄλλους Ῥωμαῖοι, ὅσους οὐκ ἔκτειναν ἐν τῇ ξυμβολῇ, ἐζώγρησαν ἅπαντας ἐς τριάκοντα καὶ ἑπτακοσίους μάλιστα ὄντας. καὶ αὐτῶν ὀκτὼ μὲν καὶ δέκα ἀκραιφνεῖς εὗρον, οἱ δὲ λοιποὶ ἅπαντες τραυματίαι ὄντες ἐτύγχανον. ἔπεσον δὲ καὶ Ῥωμαίων πολλοί τε καὶ ἄριστοι, καὶ Ἰωάννης ὁ Θωμᾶ υἱός, λίθῳ τὴν κεφαλὴν ἐν τῇ ἐς τὴν πόλιν εἰσόδῳ πρός B του τῶν βαρβάρων βληθεὶς ἔργα τε θαυμαστὰ ἐς τοὺς πολεμίους ἐπιδειξάμενος.

ιβ'. Τῇ δὲ ἐπιγενομένῃ ἡμέρᾳ οἱ Ῥωμαῖοι τῶν βαρβάρων C V 201 τοὺς τὴν ἀκρόπολιν καταλαβόντας πολιορκοῦντες λόγους προὔφερον, τήν τε σωτηρίαν αὐτοῖς προτεινόμενοι καὶ τὰ πιστὰ δώσειν ὑπὲρ τούτων ὁμολογοῦντες, ταύτῃ Πέρσας καραδοκοῦντες σφᾶς αὐτοὺς ἐγχειριεῖν σφίσιν. οἱ δὲ αὐτῶν οὐκ ἐνδεχόμενοι τοὺς λό-

2. ἐξήρτυτο L. ἐξηρτύετο P. 4. δέ που] δὲ τοῦτον Reg. 6. ἐς] ἐκ H. ibid. τὰ om. L. 15. Ῥωμαίων] ῥωμαῖοι Reg. 19. οἱ om. L. 20. τοὺς ἐς τὴν ἀκρ. καταλιπόντας Reg.

latim flamma, oleo, quod a Medea nomen habet, et aliis, quae vires ipsi dabant, turrim totam ac Persas in ea collocatos cremavit. Combusti omnes ceciderunt, partim intra moenia, partim extra, ubi machinae et Romani circa illas positi stabant. Sic demum Romani caeteri, qui ad muri labem pugnabant, cedentibus et ardorem remittentibus adversariis, moenia penetrarunt, et Petra vi capta est. Persae quingenti ad urbis arcem intento cursu, eiusque munitionibus occupatis, illic se tenuerunt. Reliquos Romani, quos congressu non sustulerant, vivos omnes ceperunt, numero summum DCCXXX. Horum integros XVIII. invenerunt: caeteri erant saucii. E Romanis multi iique fortissimi occubuerunt; inter quos fuit Ioannes Thomae filius, qui in hostes miris facinoribus editis, in capite a Barbaro quodam vulneratus est lapide, dum urbem ingrederetur.

12. Postridie Romani obsessis Barbaris, qui arcem occupaverant, in eam sententiam verba fecerunt, ut illis incolumitatem obtulerint, ac promiserint fidem publicam, summa spe incensi fore ut Persas ad deditionem ea via pellicerent. At illi a sermone se avertentes, ad vim specta-

γους ἐς ἀντίστασιν εἶδον, καίπερ οὐκ ἐπὶ πολὺ ἀνθέξειν τῇ ταλαιπωρίᾳ οἰόμενοι, ἀλλὰ δι' ἀρετὴν θανατῶντες. Βέσσας δὲ αὐτοὺς ἀποστῆσαι τῆς γνώμης ἐθέλων ἀντικαταστῆσαί τε ἐς τὴν τῆς σωτηρίας ἐπιθυμίαν, τῶν τινα Ῥωμαίων στρατιωτῶν ὡς πλησιαίτατα αὐτοῖς διιέναι κελεύει, παραίνεσίν τέ τινα ἐς τοὺς
D ἀνθρώπους ποιήσασθαι, δηλώσας ὅσα δὴ ἐς αὐτοὺς εἰπεῖν βούλοιτο. καὶ ὃς ἀγχοτάτω γενόμενος ἔλεξε τοιάδε „Τί πεπονθότες
H 337 ἐφ' ὑμῖν αὐτοῖς, ὦ βέλτιστοι Πέρσαι, τὸν ὄλεθρον διατείνεσθε τοῦτον, ἐπιτηδεύοντες τὰ θανάσιμα σπουδῇ ἀλογίστῳ καὶ τῆς ἀρετῆς τὰ ἐπιτηδεύματα διαφανῶς ἀτιμάζοντες; οὐ γάρ ἐστιν ἀνδρεῖον τὸ τοῖς ἀμηχάνοις ἀντιστατεῖν, οὐδὲ ξυνετὸν τὸ μὴ βούλεσθαι τοῖς κεκρατηκόσιν ὑπείκειν· οὐδὲ μὴν ἄδοξον τὸ τύχῃ τῇ παρούσῃ ἑπομένους βιῶναι. ἀνάγκη γὰρ οὐδὲ ἀγαθῆς τινος ἐλπίδος τυχοῦσα τὴν ἀτιμίαν ἐκφεύγει δικαίως, ἣν καὶ τῶν ἔργων ἐπιβάληται τὰ αἰσχρότατα. κακῷ γὰρ τῷ ἀμηχάνῳ τὸ σύγγνω-
P 598 μον ἕπεσθαι πέφυκε. μὴ τοίνυν τὴν ἀπόνοιαν ἐν προὔπτῳ ζηλοῦτε κινδύνῳ, μηδὲ τῆς σωτηρίας τὴν ἀλαζονείαν ἀλλάξασθε, ἀλλ' ἐνθυμεῖσθε ὡς ἀναβιώσεσθαι μὲν τοὺς τετελευτηκότας ἀδύνατον, οἱ δὲ περιόντες καὶ χρόνῳ διαθήσονται σφᾶς αὐτοὺς ὕστερον, ἤν γε τοῦτο κρεῖσσον εἶναι δοκῇ. βουλεύσασθε οὖν τὴν ὑστάτην βουλὴν καὶ περισκοπεῖσθε τὰ ξύμφορα, ἐκεῖνο εἰδότες, ὡς ταῦτα

1. ἐπὶ πολὺ] ἔτι πω Reg. 3. ἀποστῆσαι] ἀποστῆναι L. 5. πλησιέστατα αὐτοῖς ἰέναι L. 7. ὃς] ὡς L. 11. ἀνδρεῖον] ἀνδρείων L. *ibid.* ξυνετὸν] ξυνετῶν L. 13. ἑπομένοις L. 15. ἐπιβάληται] περιβάλληται Reg. 17. ἀλλάξησθε H. 21. εἰδότες] εἰδόντες L.

bant: quamvis labori haud diu se restituros putarent: verum enimvero fortiter mori cupiebant. Tum Bessas in animo habens a proposito illos abducere, et ad vitae amorem revocare, militi cuidam Romano imperat, ut e proximo illos hortetur, ac profert quae ipsis referri velit. Is, cum proxime accessisset, ita disseruit: *Quid tantum mali vobis accidit, praeclari Persae, ut contendatis ad interitum, causam eius parantes temeritate praecipiti, et manifesto contemptu studii virtutis bellicae. Neque enim fortiter facit, qui contra vim ineluctabilem obfirmat sese; nec sapienter, qui victoribus cedere renuit. At nec turpe est, in vitae cursu praesentem fortunam sequi. Necessitas enim, quae bonae spei nihil habet, merito infamiam effugit; licet res, caeteroquin indignissimas, admittat: quippe malum inevitabile veniam secum afferre solet. Nolite igitur in evidenti discrimine stulta certare pertinacia, nec saluti praeponite vanam animi ostentationem: sed cogitate, non posse mortuos restituere se in vitam: superstitibus autem integrum fore postea pro reditu suo pacisci, si id satius esse videbitur. Itaque postremum deliberate, ad utilitates vestras intenti, et memores optima esse illa consilia, quae qui ceperint,*

ἂν τῶν βουλευμάτων τὰ βέλτιστα εἴη ἐν οἷς τὸ μεταμέλειν τοῖς βουλευσαμένοις ἐν ἐξουσίᾳ ἔσται. ὡς ἡμεῖς ὑμᾶς γε καὶ ζυγομαχοῦντας οἰκτείρομεν καὶ θανατώντων φειδόμεθα καὶ πρὸς τὸν βίον ἐνδιαθρυπτομένους τε καὶ βλακεύοντας ἐλεεῖν ἀξιοῦμεν, ᾗ Ῥωμαίοις Χριστιανοῖς νόμος. ἄλλο τε ὑμῖν περιοῦσι προσέσται B οὐδέν, πλήν γε δὴ ὅτι τὴν πολιτείαν ἐπὶ τὰ βελτίω μεταβαλόντες Ἰουστινιανὸν ἀντὶ Χοσρόου κύριον ἕξετε· ὑπὲρ γὰρ τούτων ὑμῖν καὶ τὰ πιστὰ δώσειν ὁμολογοῦμεν. μὴ τοίνυν ὑμᾶς αὐτοὺς διαχρήσησθε, παρὸν σώζεσθαι. οὐ γὰρ εὐτυχὲς ἐμφιλοχωρεῖν τοῖς δεινοῖς ἐπ' οὐδεμιᾷ τὸ παράπαν ὀνήσει, ἐπεὶ οὐκ ἀνδραγαθίζεσθαι, ἀλλὰ θανατᾶν τοῦτό γε. γενναῖος δὲ ὃς ἂν ἐγκαρτερῇ τὰ δεινότατα, ἡνίκα τι προσδοκᾷ ἀπ' αὐτοῦ χρήσιμον. οὐ γὰρ ἐπαινοῦσι τὴν ἑκούσιον τελευτὴν ἄνθρωποι, ἔνθα δή τις ἐπίκειται κρείσσων τῷ κατ' αὐτὴν κινδύνῳ ἐλπίς, ἀλλὰ βίαιος μὲν καταστροφὴ C ἄχρηστος καὶ ἄνοια προπετής, τὸ δὲ εἰς θάνατον θράσος ἀνόητον τοῦ δραστηρίου πρόσχημα οὐκ εὐπρεπὲς τοῖς γε σώφροσιν εἶναι δοκεῖ. καίτοι καὶ τοῦτο ἐκλογίζεσθαι χρή, μή τι δόξητε καὶ εἰς τὸ θεῖον ἀγνωμονεῖν. εἰ γὰρ ἀπολεῖν ἐβούλετο, ὦ ἄνδρες, ὑμᾶς οὐκ ἄν, οἶμαι, παραδεδώκει τοῖς διασώζειν ἐφιεμένοις. τὰ μὲν οὖν παρ' ἡμῶν τοιαῦτά ἐστι. βου-

2. ὑμᾶς γε] γε ὑμᾶς L. 4. ᾗ Reg. ὡς P. 5. περιοῦσι om. Reg. 8. διαχρήσεσθε H. διαχρήσησθαι L. διαχρήσασθε P. 9. εὐτυχὲς] τυχὸν H. 11. θανατᾶν L. θανατοῦν P. 14. κατ' αὐτὴν Reg. κατὰ ταύτην P. *ibid.* βίαιος] βίου Reg. 15. καὶ ἄνοια] καὶ om. L. 16. ἀνόητον θράσος L. 18. ἀπολεῖν] ἀπόλλειν H: illud Hm. 20. μὲν οὖν om. L. *ibid.* βουλεύσεσθαι Reg. βουλεύσασθε P. βουλεύσησθε H.

emendare possunt poenitentia. Sic vero vos, quamvis refractarios, miseramur, sic optantibus mori parcimus, sic vitam habentibus ludibrio ac lucem contemnentibus benigne facimus, ut Romanorum Christianorum instituta ferunt. Porro datam vobis incolumitatem unum et consequetur, ut ad Remp. meliorem traducti, Iustinianum pro Chosroe dominum habeatis: quae nos fide publica vobis confirmaturos recipimus. Quare, cum vobis liceat esse salvis, nolite vos ipsi perdere. Neque enim praeclarum est, in asperis, quae nihil omnino prosint, alacriter versari: cum id non generosum facinus, sed mera moriendi libido sit. Fortis est, qui dura, unde aliquem expectat fructum, constanter subit ac tolerat. Nec laudant homines mortem voluntariam, quando periculo, cuius causa appetitur, spes maior est: at violentus interitus inutilis et praeceps amentia iudicatur. Insana demum ad mortem ultro obeundam audacia nihil aliud sapientibus videtur esse, nisi foeda quaedam larva strenuitatis. Illud etiam reputandum cavendumque, ne quid ingrati animi vitio peccare in Deum videamini. Nam si vobis decrevisset exitium, o viri, nequaquam vos, ut equidem

λεύσεσθε δὲ ὑμεῖς δηλονότι, ἅνπερ ζῆν ἀξίοις ὑμῖν ξυμβαίνῃ εἶναι."

Ἡ μὲν παραίνεσις ταύτῃ πῃ εἶχε. Πέρσαι δὲ τοὺς λόγους οὐδὲ ὅσον ἀκοῇ δέχεσθαι ἤθελον, ἀλλ' ἐθελοκωφοῦντες ὅτι δὴ
V 202 οὐκ ἐπαΐοιεν προσεποιοῦντο. καὶ τότε, τοῦ στρατηγοῦ ἐγκελευ-
D σαμένου, Ῥωμαῖοι πῦρ τῇ ἀκροπόλει ἐμβέβληνται, τῷ τρόπῳ τούτῳ ἐνδώσειν τὰ σώματα σφίσι τοὺς πολεμίους οἰόμενοι. τῆς δὲ φλογὸς ἐπὶ μέγα χωρούσης οἱ βάρβαροι, τοῦ πάθους αὐτοῖς ἐν ὀφθαλμοῖς ὄντος, ἐξεπιστάμενοι ὅτι δὴ σφίσιν αὐτίκα δὴ μάλα τετεφρῶσθαι ξυμβήσεται, ἐλπίδα οὐδεμίαν ἔχοντες, οὐδὲ εἰδότες καθ' ὅ τι σωθήσονται ἀμυνόμενοι, οὐδ' ὣς ὑποχείριοι τοῖς πολεμίοις γενέσθαι ἤθελον, ἀλλὰ ξὺν τῇ ἀκροπόλει εὐθὺς ἅπαντες, θαυμάζοντος τὰ ποιούμενα τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ, καταφλεγόμενοι διεφθάρησαν. δι' ὅσης τε σπουδῆς ὁ Χοσρόης Λαζικὴν ἦγε, τηνικάδε φανερὸν γέγονεν· ὅς γε στρατιώτας μὲν τοὺς πάν-
P 599 των λογιμωτάτους ἀπολεξάμενος ἐν τῷ τῆς Πέτρας κατεστήσατο φυλακτηρίῳ, ὅπλα δὲ κατέθετο ἐνταῦθα τοσαῦτα τὸ πλῆθος, ὥστε ληισαμένων αὐτὰ Ῥωμαίων στρατιώτῃ ἑκάστῳ πέντε ἀνδρῶν ἐπιβαλεῖν σκευήν, καίτοι κἂν τῇ ἀκροπόλει πολλὰ καυθῆναι ξυνέβη. εὕρηται δὲ καὶ σίτου καὶ τεταριχευμένων κρεῶν μέγα τι χρῆμα καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων, ὅσα δὴ ἔμελλε πενταετὲς τοῖς πολιορκουμένοις ἅπασιν ἐπαρκέσειν. οἶνον δὲ οὐκ ἔτυχον ἐνταῦθα

1. ἅνπερ] ὥνπερ Reg. *ibid.* ζῆν om. Reg. *ibid.* ξυμβαίνει L. 6. Ῥωμαίοις — ἐμβέβληται L. 10. εἰδότες L. εἰδόντες HP. 17. κατέθεντο Reg. *ibid.* ἐνταῦθα om. L. 19. ξυνέβη καυθῆναι L. 22. ἅπασιν] πᾶσιν L.

censeo, iis tradidisset, qui servare vos cuperent. Hic noster est in vos animus: iam inter vos consulite, et num vita digni sitis videte.

Ita quidem hortator ille disseruit. Persae vero monita ne auribus quidem accipere voluerunt: sed pervicacia obsurdescentes, nihil audire se simularunt. Tum Romani, iussu Magistri militum, ignes arci iniicere, hoc modo hostem ad deditionem perpulsum iri existimantes. Crescente admodum flamma, Barbari mortem prae oculis habebant, nec dubitabant, quin mox abituri essent in cineres: nulla spes erat reliqua, nec sciebant quo defensionis genere saluti consulerent: nihilominus in manus hostium venire recusarunt, et mirante Romano exercitu, omnes puncto temporis cum arce incendio deleti sunt. Tunc apparuit, quam cordi esset Lazica Chosroi, qui milites legisset omnium praestantissimos, et in Petrae praesidio collocasset; ibique tantam reposuisset armorum vim, ut, cum in praedam Romanis ea cessissent, cuique militi virorum quinque armatura obtigerit: quamvis multa in arce conflagrarint. Praeterea magnus inventus est frumenti numerus, et carnium sale conditarum caeteraeque rei cibariae copia, quae omnibus quinquennio obsessis suffecisset. Vinum

καταθέμενοι Πέρσαι, πλήν γε ὅτι τόν τε ὀξίνην καὶ διαρκῆ κύαμον. ἐπεὶ δὲ καὶ ὕδωρ ἐκ τοῦ ὀχετοῦ ἐπιρρέον ἐνταῦθα Ῥωμαῖοι εὗρον, ἐν θαύματι μεγάλῳ γενόμενοι διηποροῦντο, ἕως τὸν πάντα λόγον ἀμφὶ τοῖς κρυφίοις ὀχετοῖς ἔμαθον. ὅ τι δὲ τοῦτ᾽ ἔστιν B αὐτίκα δηλώσω.

Ἡνίκα Πέτραν ὁ Χοσρόης ἑλὼν τῇδε τὸ φυλακτήριον κατεστήσατο, εὖ εἰδὼς ὡς Ῥωμαῖοι προσεδρεύσουσιν αὐτῇ μηχανῇ πάσῃ, εὐθύς τε διελεῖν τὴν ὀχεταγωγίαν μελλήσει οὐδεμιᾷ ἐγχειρήσουσιν, ἐπενόει τοιάδε. τοῦτο δὴ τὸ ὕδωρ, ὅπερ ἐς τὴν πόλιν εἰσήγετο, ἐς τρεῖς διελὼν μοίρας κατώρυχά τε βαθεῖαν κομιδῇ ποιησάμενος, ὀχετοὺς ἐτεκτήνατο τρεῖς, τὸν μὲν ἕνα κάτω ἐς τῆς κατώρυχος ταύτης τὰ ἔσχατα, κόπρῳ δὲ αὐτὸν καὶ λίθοις καλύψας ἄχρι ἐς τὰ τῆς κατώρυχος μέσα· κἀνταῦθα κατακρύ- H 338 ψας τὸν δεύτερον, ὕπερθε τὸν τρίτον ἐδείματο, ὑπὲρ γῆς τε ὄντα C καὶ ὁρατὸν πᾶσιν· ὥστε τριώροφον ἐγκεκρυμμένως τὸν ὀχετὸν εἶναι. ὅπερ οὐ ξυνιέντες κατ᾽ ἀρχὰς τῆς πολιορκίας Ῥωμαῖοι τοῦτον δὴ τὸν διαφανῆ ὀχετὸν διελόντες, ἐπίπροσθέν τε οὐκ ἐπεξαγαγόντες τὸν ἐπὶ διώρυχα πόνον, ἀλλὰ τὸ ἔργον πρὸ τῆς ἐνθένδε ἀπωλείας ἀποπαυσάμενοι, ᾤοντο ἐνδεῖν τοῖς πολιορκουμένοις τὸ ὕδωρ, σφαλλούσης αὐτοῖς τὴν διάνοιαν τῆς περὶ τὸ πο-

1. ὀξίνην] ὀξύνην H. ibid. κύαμον om. L. 4. τοῦτ᾽] τοῦτο L. 7. προσεδρεύσουσι μὲν L. 8. ὀχεταγωγίαν Vat. et L. ὀχετηγίαν P. 12. δὲ αὐτὸν om. L. 13. ἐνταῦθά τε κρύψας Reg. 14. τὸν δεύτερον om. L. ibid. ὕπερθεν L. 15. ἐγκεκρυμμένως] κεκρυμμένους L. 16. ὧνπερ οὐ ξυνιέντες L. 18. διώρυχα] διώρυχος Reg. ibid. τὸ ἔργον] τοῦ ἔργου L. 19. ἀποπαυσόμενοι L. 20. σφαλλούσης] Vulgo σφαλούσης. σφαλεῖσιν Reg. ibid. περὶ] παρὰ Reg.

sibi non providerant Persae; sed tantum acetum, et satis siliquae, [ex qua vinum conficerent.] Ubi aquam Romani in urbe ex canali structili manantem viderunt, vehementi admiratione defixi haesere, donec ars occultis canalibus adhibita patuit: quod quid rei sit, modo dicam.

Quando Chosroës Petram a se expugnatam praesidio muniit, pro certo habens Romanos eam viribus omnibus obsessuros, statimque admoturos manum intercidendo propere aquaeductui, haec excogitavit. Aquam, quae in urbem inducebatur, tripertito divisit, ductaque fossa altissima, canales construxit tres: unum quidem in ima fossa: quem cum ad mediam usque fossam coeno lapidibusque texisset, ibidem alterum abdidit. Tertium vero isti imposuit ab humo extantem, subiectumque oculis omnium: ita ut aquaeductus triplici concameratione distinctus occulte esset. Cuius rei inscii Romani, obsidionis initio, rupto canali illo, qui apparebat, fossam altius non subegerunt: sed prius abeuntes incepto, quam opus penitus destruxissent, sibi persuaserunt aqua iam carere ob-

νεῖσθαι ὀλιγωρίας. τῆς δὲ προσεδρείας μηκυνομένης, τῶν τι-
νας πολεμίων λαβόντες Ῥωμαῖοι ἔμαθον ἐκ τοῦ ὀχετοῦ τοὺς πο-
λιορκουμένους ὑδρεύεσθαι. κατορύξαντες τοίνυν τὸν χῶρον εὑρί-
σκουσι τὸν δεύτερον ὀχετὸν ἐνταῦθά πη ὄντα, καὶ τοῦτον διελόν-
D τες αὐτίκα ᾤοντο ταύτῃ πᾶσαν κατειργάσθαι τῶν πολεμίων τὴν
δύναμιν, οὐδὲ τοῖς δευτέροις ἐν τῇ ἀπ' αὐτῶν διδασκαλίᾳ παι-
δευθέντες τὰ πρότερα. ἐπεὶ δὲ καὶ τὴν πόλιν ἑλόντες ἐπιρρέον,
ὥσπερ μοι ἐρρήθη, ἐκ τοῦ ὀχετοῦ τὸ ὕδωρ εἶδον, ἐθαύμαζόν τε
καὶ ἀπορίᾳ πολλῇ εἴχοντο. τὸ δὲ γεγονὸς παρὰ τῶν αἰχμαλώτων
ἀκούσαντες, τῆς τε τῶν πολεμίων ἐς τὰ ἔργα ἐπιμελείας καὶ τῆς
σφετέρας παρὰ τοὺς πόνους ὀλιγωρίας ὀπίσω τῶν πραγμάτων
ᾐσθάνοντο. τοὺς μὲν οὖν αἰχμαλώτους ἅπαντας ὁ Βέσσας εὐ-
θὺς βασιλεῖ ἔπεμψε, τὸν δὲ Πέτρας περίβολον ἐς ἔδαφος καθεῖ-
λεν, ὡς μὴ πράγματα οἱ πολέμιοι σφίσιν αὖθις παρέχωνται. καὶ
P 600 αὐτὸν βασιλεὺς ἀποδεξάμενος τῆς ἀρετῆς ἐπῄνεσεν ἐς τὰ μάλιστα
καὶ τῆς εὐβουλίας, ὅτι δὴ ὅλον καθεῖλε τὸ τεῖχος. γέγονεν οὖν
ὁ Βέσσας αὖθις οἷς τε εὐημέρησεν οἷς τε ἀρετῆς πεποίηται δήλω-
σιν ἀπόβλεπτος ἐς πάντας ἀνθρώπους. ἡνίκα μὲν γὰρ ἐπὶ τῷ
Ῥώμης φυλακτηρίῳ ἐτέτακτο, ἐλπίδα Ῥωμαῖοι πολλὴν ἐπ' αὐτῷ
εἶχον, ἅτε ἀνδρειότατα διαγεγονότι τὰ πρότερα. ἐπεὶ δὲ αὐτῷ
ἐνταῦθα δεδυστυχηκέναι ξυνέπεσε, Ῥώμης τε οὕτω τοῖς Γότθοις
ἁλούσης, ὥσπερ μοι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις ἐρρήθη, καὶ διε-
V 203 φθαρμένου ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον Ῥωμαίων τοῦ γένους, βασιλεὺς

14. παρέχωνται L corr. παρέχονται P. 15. ἀποδεξάμενος] ἀποδεδεγμένος Reg. 18. τῷ Ῥώμης] τῆς ῥώμης Hm. 21. δεδυστυχηκέναι] διαδεδυστυχηκέναι L.

sessos, inerti incuria falsam illis offerente opinionem. Dum protrahitur obsidio, Romani, nonnullis hostium captis, ab ipsis resciunt, obsessos ex aquaeductu haurire. Quamobrem locum aggressi fodere, suppositum canalem alterum offendunt, eoque inciso, de hostibus actum existimant, nullum a prioribus ad consequentia documentum trahentes. Postea potiti urbe, ut manantem, quemadmodum dixi, ex canali aquam viderunt, obstupuerunt, suspensi ignoratione causae. Quam a captivis edocti, hostium in operibus moliendis diligentiam, suamque in suscepto labore negligentiam, re iam peracta cognoverunt. Protinus Bessas captivos omnes ad Imperatorem misit, ac Petrae moenia diruit, ne Persae negotium denuo facesserent. Assensus Imperator, mirifice virtutem eius laudavit, et sapientiam, quod muros funditus evertisset. Sic Bessas, re feliciter ac fortiter gesta, quem amiserat splendorem nominis ubique recuperavit. Is certe, cum Romae praesidio praefectus esset, Romanis pristina fortitudine magnam de se spem concitaverat. Ibi vero male bello administrato, itaque, ut in superioribus libris narravi, capta a Gotthis Roma,

μὲν Ἰουστινιανὸς οὕτω δὴ ἐς Βυζάντιον ἀναστρέψαντα στρατηγὸν B κατεστήσατο ἐπὶ Πέρσας αὐτόν. διέσυρόν τε τὴν πρᾶξιν ὡς εἰπεῖν ἅπαντες καὶ τὰ βασιλεῖ βεβουλευμένα ἐχλεύαζον, εἰ τῷ Βέσσᾳ τούτῳ, Γότθων τε ἡσσηθέντι κατὰ κράτος καὶ τυμβογέροντι γεγενημένῳ, πόλεμον τὸν Μηδικὸν ἐγχειρίσειεν ἐπὶ δυσμαῖς βίου. ἀλλὰ τούτων σχεδόν τι ἅπασι δεδογμένων, εὐτυχίᾳ τε καὶ ἀρετῇ τοιᾷδε τῷ στρατηγῷ τῷδε ξυνηνέχθη χρῆσθαι. οὕτως ἄρα οὐχ ᾗπερ τοῖς ἀνθρώποις δοκεῖ, ἀλλὰ τῇ ἐκ τοῦ θεοῦ ῥοπῇ πρυτανεύεται τὰ ἀνθρώπεια, ὃ δὴ τύχην εἰώθασι καλεῖν οἱ ἄνθρωποι, οὐκ εἰδότες ὅτου δὴ ἕνεκα ταύτῃ πρόεισι τὰ ξυμβαίνοντα, ᾗπερ αὐτοῖς ἔνδηλα γίνεται. τῷ γὰρ παραλόγῳ δοκοῦντι εἶναι φιλεῖ C τὸ τῆς τύχης προσχωρεῖν ὄνομα. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὥς πη ἑκάστῳ φίλον, ταύτῃ δοκείτω.

ιγ'. Μερμερόης δὲ, δείσας μή τι Πέτρᾳ τε καὶ Πέρσαις D τοῖς τῇδε ἀπολελειμμένοις φλαῦρον διὰ χρόνου μῆκος ξυμβαίη, ἄρας παντὶ τῷ στρατῷ ἐνταῦθα ᾔει, ἐπεὶ αὐτὸν ὁ καιρὸς μετὰ τὴν τοῦ χειμῶνος ὥραν ἐς τοῦτο ἐνῆγε. μεταξὺ δὲ τὰ ξυμπεσόντα μαθὼν ἅπαντα τῆς μὲν ὁδοῦ ταύτης τὸ παράπαν ἀπέσχετο, εὖ εἰδὼς ὅτι δὴ ἐκτὸς ποταμοῦ Φάσιδος ἄλλο τι χωρίον

2. τε τὴν] δὲ τὴν Hm. 6. δεδογμένων] δεδομένων L. 8. ᾗπερ] ὅσα H. ibid. τοῦ θεοῦ] τοῦ om. L et Suidas s. v. τύχη. 9. ἀνθρώπεια L et Suidas. ἀνθρώπινα P. ibid. καλεῖν εἰώθασιν Suidas. ibid. οἱ om. L et Suidas. 10. ταύτῃ] τῷ Suidas. ibid. ᾗπερ] εἴπερ L et Suidas. 11. ἔνδηλα] οὐκ ἔνδηλα Suidas. ibid. παραλόγῳ] ἀλόγῳ Suidas. 12. ὄνομα προσχωρεῖν L et Suidas, nisi quod Suidas προχωρεῖν. 17. τὴν om. L. ibid. ἐς] εἰς L. 19. ὅτι δὴ om. L.

et extincta parte maxima civium, cum Byzantium rediisset, nihilominus Iustinianus Augustus ipsi in Persas belli imperium esse iussit. Nemo fere erat quin id culparet, rideretque Imperatoris consilium, quod Bessae, a Gotthis foede victo ac seni capulari, iam sub occasum vitae, bellum Persicum dedisset. Haec erat communis fere opinio, cum se feliciter animosum Magister ille militum praebuit. Nimirum res mortalium, non pro ipsorum sensu, sed Dei nutu ac providentia administrantur: quod homines ideo Fortunam vocare solent, quia causam ignorant cursus, quem in eventis vident: nam vulgo Fortuitum dicitur, quod praeter opinionem videtur accidere. Verum de his ad arbitrium quisque suum sentiat.

13. Interea veritus Mermeroës, ne quid mali longa dies afferret Petrae Persisque in ea urbe relictis, moverat cum omnibus copiis, eoque contendebat, anni tempestate, quae hiemi successerat, invitatus. At per id tempus plane cognitis, quae Petrae contigerant, institutum iter abrupit, haud ignarus, trans fluvium Phasin nullum esse locum,

Λαζοῖς ὅτι μὴ τὸ ἐν Πέτρᾳ οὐκ ἦν. ἀναστρέψας δὲ καὶ καταλα-
βὼν τὰς ἐξ Ἰβηρίας ἐπὶ γῆν τὴν Κολχίδα εἰσόδους, ἵνα δὴ ὁ Φᾶ-
σις διαβατός ἐστιν, αὐτόν τε πεζῇ διαμείψας καὶ οὐχ ἥκιστα πο-
ταμὸν, Ῥέοντα ὄνομα, οὐδὲ αὐτὸν ἐκεῖ ναυσίπορον ὄντα, τοῦ
τε Φάσιδος ἐν δεξιᾷ ταύτῃ γενόμενος ἐπὶ πόλιν Ἀρχαιόπολιν ὄνο-
P 601 μα, ἣ πρώτη τε καὶ μεγίστη ἐν Λαζοῖς ἐστιν, ἐπῆγε τὸ στρά-
τευμα ξύμπαν μάλιστα. ἦσαν δὲ ὀλίγων χωρὶς ἱππεῖς ἅπαντες,
καὶ αὐτοῖς ἐλέφαντες ὀκτὼ εἵποντο. ἐφ' ὧν δὴ ἔμελλον ἐνιστά-
μενοι Πέρσαι τοὺς πολεμίους ὥσπερ ἐκ πύργων κατὰ κορυφῆς ἐν-
θένδε βάλλειν. ὥστε εἰκότως ἄν τις Περσῶν τὴν ἐς τοὺς πόνους
ταλαιπωρίαν τε καὶ ἐπιτέχνησιν ἀγασθείη, οἵ γε τὴν ἐξ Ἰβηρίας
ἐς τὴν Κολχίδα ὁδὸν φέρουσαν, κρημνώδεσί τε νάπαις καὶ δυσ-
χωρίαις λοχμώδεσι πανταχόθι ξυνεχομένην, ὕλαις τε οὕτως ἀμ-
φιλαφέσι καλυπτομένην, ὡς καὶ ἀνδρὶ εὐζώνῳ δοκεῖν ἀπόρευτον
τὰ πρότερα εἶναι, οὕτως ὁμαλὴν κατεστήσαντο ὥστε οὐχ ὅσον
B αὐτῶν τὴν ἵππον ὅλην πόνῳ οὐδενὶ ἐνθένδε ἰέναι, ἀλλὰ καὶ τῶν
ἐλεφάντων ὅσους βούλοιντο ἐπαγομένους ταύτῃ στρατεύειν. ἦλ-
θον δὲ αὐτοῖς καὶ ξύμμαχοι Οὖννοι ἐκ τῶν Σαβείρων καλουμένων
δισχίλιοί τε καὶ μύριοι. ἀλλὰ δείσας ὁ Μερμερόης μὴ ἐς πλῆθος
H 339 τοσοῦτον ὄντες οἱ βάρβαροι οὗτοι μήτε τι αὐτῷ ὑπακούειν ἐπαγ-
γέλλοντι ἐθελήσωσιν, ἀλλὰ καί τι ἀνήκεστον ἐς τὸ Περσῶν στρά-
τευμα δράσωσι, τετρακισχιλίους μὲν ξυστρατεύεσθαι σφίσιν εἴα-

1. οὐκ ἦν] οἰκεῖ L. εἶναι Lm. 4. ἐκεῖ] ἐκεῖνον L. 7. ξύμπαν μάλιστα om. L. 8. ἐνιστάμενοι] ἱστάμενοι L. 9. κορυφῆς Reg. κορυφὴν P. 15. ὁμαλὴν] ὁμαλῆ L. 16. τὴν ἵππον αὐτῶν L. 18. σύμμαχοι L. 22. δράσωσι L. δράσουσι P. ibid. μὲν om. L.

quem Lazi incolerent, nisi Petram. In reditu, occupatis faucibus, quae ex Iberia in Colchidem ducunt, ubi Phasis vadosus est, huius vadum transiit, itemque fluvii, qui Rheon dicitur, et ipse navibus ibi impar ferendis. Itaque cum esset a dextra Phasidis, universum exercitum Archaeopolin duxit; quae urbs primaria est ac maxima Lazicae. Equites erant omnes, paucis exceptis, eosque elephanti octo sequebantur: quibus invecti Persae, tela inde, tanquam e turribus, in hostem suppositum missuri erant. Quare merito quis miretur laboriosam Persarum industriam; qui viam ex Iberia ad Colchos, ubique deruptis saltibus et fruticosis salebris implicitam, silvisque adeo densis obtectam prius, ut viro expedito videretur insuperabilis, ita complanarint, ut non modo equestres eorum copiae inde omnes facillime veniant, sed elephantos etiam, quotquot volunt, ad bellum agant. Ipsis etiam aderant socii, ex Hunnis Sabiris ad duodecim millia. At timens Mermeroës, ne tot numero Barbari detrectarent imperium, ac Persarum exercitum ingenti malo afficerent, retentis quatuor eorum millibus, caeteros luculento sti-

σε, τοὺς δὲ λοιποὺς χρήμασι πολλοῖς δωρησάμενος ἐς τὰ πάτρια ἤδη ἀφῆκεν ἰέναι. ὁ δὲ Ῥωμαίων στρατὸς δισχίλιοι μὲν καὶ μύριοι ἦσαν, οὐ μὴν ἀγηγερμένοι ἐς ταυτὸ ἅπαντες, ἀλλ' ἐν μὲν τῷ ἐν Ἀρχαιοπόλει φυλακτηρίῳ τρισχίλιοι ἦσαν, ὧν Ὀδόναχός τε C καὶ Βάβας ἦρχον, ἄμφω ἀγαθοὶ τὰ πολέμια· οἱ δὲ δὴ ἄλλοι ἐντὸς τῶν ἐκβολῶν ποταμοῦ Φάσιδος ἐνστρατοπεδευσάμενοι ἔμενον, ἐκεῖνο διανοούμενοι, ὥστε ἤν πη ἐπισκήψῃ ὁ τῶν πολεμίων στρατός, αὐτοὶ ἐνθένδε ἐξανιστάμενοι βοηθοῖεν δυνάμει τῇ πάσῃ. ἦρχον δὲ αὐτῶν Βενίλος τε καὶ Οὐλίγαγος. ξυνῆν δὲ αὐτοῖς καὶ Οὐαράζης ὁ Περσαρμένιος, ἄρτι ἐξ Ἰταλίας ἥκων. ᾧ δὴ Τζάνοι V 204 ὀκτακόσιοι εἵποντο. Βέσσας γάρ, ἐπειδὴ τάχιστα τὴν Πέτραν εἷλε, πονεῖν μὲν ἔτι οὐδαμῇ ἤθελεν, ἐς δὲ Ποντικούς τε καὶ Ἀρμενίους ἀποχωρήσας ἐπεμελεῖτο ὡς ἔνι μάλιστα τῶν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ πόρων, ταύτῃ τε τῇ σμικρολογίᾳ τὰ Ῥωμαίων D αὖθις πράγματα ἔσφηλεν. εἰ γὰρ εὐθὺς τότε νενικηκώς, ᾗπέρ μοι εἴρηται, καὶ τὴν Πέτραν ἑλὼν ἐς τὰ Λαζῶν τε καὶ Ἰβήρων ὅρια ἦλθε καὶ τὰς ἐκείνῃ δυσχωρίας ἐφράξατο, οὐκ ἄν μοι δοκεῖ ἔτι Περσῶν στράτευμα ἐς Λαζικὴν ᾔει. νῦν δὲ ὁ στρατηγὸς οὗτος τοῦ πόνου τούτου ὀλιγωρήσας μόνον οὐχὶ τοῖς πολεμίοις Λαζικὴν αὐτοχειρὶ παρέδωκε, τῆς ἐκ βασιλέως ὀργῆς ὀλίγα φροντίσας. εἰώθει γὰρ Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς ἐπιχωρεῖν τὰ πολλὰ τοῖς ἄρχουσιν ἁμαρτάνουσι, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἔς τε τὴν δίαιταν καὶ τὴν πολιτείαν ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον παρανομοῦντες ἡλίσκοντο.

9. *Οὐλίγαγος*] οὐλίγαγγος H. οὐλιγαγὸς Hm. 20. αὐτοχειρίᾳ H. *ibid.* παραδέδωκε Reg.

pendio donatos remisit in patriam. Constabat Romanus exercitus duodecim millibus: sic tamen ut non unum in locum omnes coacti essent: sed tria millia Archaeopoli praesidium agitarent, Odonacho et Baba ducibus, viris bello egregiis; reliqui cis ostia fluvii Phasidis stativa haberent, eo consilio, ut si quo hostis iret infestus, ipsi inde moverent castra, ac totis viribus suppetias ferrent. His Benilus et Uligagus imperabant, aderatque Varazes Persarmenius, ex Italia recens, qui secum Tzanos DCCC. ducebat. Bessas autem, statim ut Petram cepit, dimissis laboribus bellicis, Pontum et Armenias obiens, in colligendis provinciarum suarum vectigalibus operam posuit: qua sordida cupiditate rem Romanam iterum accidit. Nam si continuo post victoriam, de qua dixi, et Petrae expugnationem, ad Lazorum Iberumque confinia se contulisset, ac munisset eorum angustias, non amplius, mea quidem sententia, Persarum exercitus in Lazicam penetrasset. Iam vero hic Magister militiae, dum in ea parte laborare negligit, propemodum manu sua Lazicam hosti tradidit, irae Imperatoris admodum securus. Solebat enim Iustinianus Augustus Praefectorum peccatis multum indulgere: quo fiebat, ut saepius contra vitae institutum et in Remp. palam delinquerent.

Ἦν δὲ Λαζῶν φρούρια δύο πρὸς αὐτοῖς μάλιστα τοῖς Ἰβη-
ρίας ὁρίοις, Σκάνδα τε καὶ Σαραπανίς. ἅπερ ἐν δυσχωρίαις
P 602 κείμενα χαλεπαῖς τισι καὶ ὅλως δυσκόλοις δυσπρόσοδα ὑπερφυῶς
ὄντα ἐτύγχανε. ταῦτα Λαζοὶ μὲν τὸ παλαιὸν πόνῳ πολλῷ ἐφρού-
ρουν, ἐπεὶ ἐνταῦθα τῶν ἐδωδίμων τὸ παράπαν οὐδὲν φύεται,
ἀλλὰ φέροντες ἄνθρωποι ἐπὶ τῶν ὤμων τὰ ἐπιτήδεια ἐσκομίζον-
ται. βασιλεὺς δὲ Ἰουστινιανὸς κατ᾽ ἀρχὰς τοῦδε τοῦ πολέμου
Λαζοὺς ἀναστήσας ἐνθένδε Ῥωμαίων φρουρὰν στρατιωτῶν κατε-
στήσατο. οἳ δὴ οὐ πολλῷ ὕστερον, πιεζόμενοι τῶν ἀναγκαίων
τῇ ἀπορίᾳ, τὰ φρούρια ταῦτα ἐξέλιπον, ἐπεὶ αὐτοὶ μὲν ἐλύμοις
ἀποζῆν ὥσπερ οἱ Κόλχοι ἐς πλείονα χρόνον, οὐκ εἰωθὸς σφίσιν,
ὡς ἥκιστα εἶχον, Λαζοὶ δὲ αὐτοῖς μακρὰν ὁδὸν πορευόμενοι φέ-
B ροντές τε τὰ ἐπιτήδεια πάντα οὐκέτι ἀντεῖχον. Πέρσαι δὲ αὐτὰ
καταλαβόντες ἔσχον, ἔν τε ταῖς σπονδαῖς αὐτὰ Ῥωμαῖοι ἀπέλα-
βον τὰς ἀντιδόσεις Βώλου τε τοῦ φρουρίου καὶ τοῦ Φαραγγίου
πεποιημένοι, ὥσπερ μοι ταῦτα ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις πάντα
ἐρρήθη. Λαζοὶ μὲν οὖν ταῦτα τὰ φρούρια ἐς ἔδαφος καθεῖλον,
ὡς μὴ αὐτὰ Πέρσαι ἐπιτειχίσματα κατὰ σφῶν ἔχοιεν. Πέρσαι
δὲ αὐτοῖν θάτερον, ὅπερ Σκάνδα καλοῦσιν, αὖθις οἰκοδομη-
σάμενοι ἔσχον, ὅ τε Μερμερόης ἐπίπροσθεν ἦγε τὸν Μήδων
στρατόν.

2. Σαραπανίς] σεραπανίς H. 6. ἐπὶ τῶν ὤμων] ἀνὰ τὸν ὦμον H. ibid. ἐσκομίζονται] ἐσεκομίζοντο Reg. 7. τοῦδε om. L. 11. πλείονα] πλείω Reg. 15. Βόλον τε τὸ φρούριον καὶ τὸ φράγγιον L.

Ad Iberiae fines habebant Lazi castella duo, Scandam et Sarapanin: quae in montium faucibus asperis ac plane confragosis sita, difficillimos habebant aditus. Ea quondam Lazi custodiebant labore multo, ob soli malignitatem, ex quo nihil vescum nascitur: verum homines eo cibaria comportant humeris. Belli huius initio Iustinianus Augustus, amotis inde praesidiis Lazicis, Romana substituerat: quae postmodum, urgente victus penuria, his castellis excesserunt: cum nec panico, cui minime assueverant, vitam tolerare diutius possent, ut Colchi; nec iam Lazi cibariis omnibus per longa itinera ferendis sufficerent. Eadem a Persis occupata, Romani facta pace receperant, restitutis vicissim Bolo castello Pharangioque, ut in superioribus libris plenius commemoravi. Lazi igitur castellum utrumque exciderunt, ne inde a Persis oppugnarentur. Persae vero eorum alterum, quod Scandam vocant, reaedificarunt occuparuntque praesidio, ac Mermeroës Medorum exercitum ulterius duxit.

Ἦν δὲ πόλις ἐν τῷ πεδίῳ, Ῥοδόπολις ὄνομα, ἥπερ ὑπαντιάζει πρώτη τοῖς ἐς τὴν Κολχίδα ἐξ Ἰβηρίας ἐσβάλλουσιν, εὐέφοδός τε καὶ ἐπιμαχωτάτη ἐς τὰ μάλιστα. διὸ δὴ αὐτὴν οὐ C πολλῷ πρότερον δείσαντες Λαζοὶ τὴν Περσῶν ἔφοδον ἐς ἔδαφος καθεῖλον. ὅπερ ἐπεὶ οἱ Πέρσαι ἔμαθον, εὐθὺ Ἀρχαιοπόλεως ᾔεισαν. γνοὺς δὲ ὁ Μερμερόης τοὺς πολεμίους ἀμφὶ τὰς ἐκβολὰς ἐνστρατοπεδεύεσθαι ποταμοῦ Φάσιδος ἐπ' αὐτοὺς ἤλαυνεν. ἄμεινον γάρ οἱ ἔδοξεν εἶναι τούτους πρότερον ἐξελόντι οὕτω δὴ ἐς τῆς Ἀρχαιοπόλεως τὴν πολιορκίαν καθίστασθαι, ὡς μὴ ὄπισθεν αὐτοὶ ἰόντες κακουργήσωσι τὸ Περσῶν στράτευμα. ὡς ἀγχοτάτω δὲ τοῦ Ἀρχαιοπόλεως περιβόλου γενόμενος ἠσπάσατο ἐρεσχελῶν τε τοὺς ταύτῃ Ῥωμαίους, καίτοι νεανιευσάμενος ὡς αὐτίκα δὴ μάλα ἐπανήξει σφίσι. βουλομένῳ γάρ οἱ αὐτῷ ἔφασκεν εἶναι Ῥωμαίους τοὺς ἄλλους προσειπεῖν πρότερον, οἳ δὴ ἐνστρατοπεδεύονται ἀμφὶ ποταμὸν Φᾶσιν. οἱ δὲ ἀποκρινάμενοι D ἰέναι μὲν αὐτὸν ἐκέλευον ὅπῃ βούλοιτο, ἰσχυρίσαντο μέντοι ὡς, ἢν τοῖς ἐκείνῃ Ῥωμαίοις ἐντύχῃ, οὐ μή ποτε αὐτοῖς ἐπανήξει. ταῦτα ἐπεὶ οἱ τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ ἄρχοντες ἔμαθον, κατωρρωδήσάν τε καὶ ἥσσους οἰόμενοι εἶναι ἢ φέρειν τῶν ἐπιόντων τὴν δύναμιν ἐς τὰς σφίσι παρεσκευασμένας ἀκάτους ἐμβάντες ποταμὸν Φᾶσιν διεπορθμεύσαντο ἅπαντες, τῶν σφίσι παρόντων ἐπιτηδείων, ὅσα μὲν διακομίζειν οἷοί τε ἦσαν, ἐν ταῖς ἀκάτοις ἐν-

1. ὑπαντιάζει] ὑπηντίαζε L. 2. ἐς τὴν Κολχίδα] ἐν τῇ κολχίδι Reg. 3. οὐ om. L. 13. μάλα] μᾶλλον L. 18. στρατοῦ ἄρχοντες] ἄρχοντες τοῦ στρατοῦ L. 19. τε καὶ] καὶ om. L.

Rhodopolis, urbs in planitie sita, primaque obvia irrumpentibus ex Iberia in Colchidem, aditu captuque valde facilis erat. Quamobrem Lazi illam solo nuper aequaverant, Persarum adventum veriti. Quo Persae audito, recta Archaeopolin iter intenderunt. Mermeroës vero, ubi accepit castra hostes metatos esse ad fluvii Phasidis ostia, eo progredi constituit: quippe satius videbatur hos prius profligare, itaque demum Archaeopolis obsidionem capessere; ne ipsi a tergo subeuntes, Persarum copiis detrimenti aliquid importarent. Propter Archaeopolis moenia transiens, Romanos urbis incolas salutavit cavillans, et iactanter denuntians, actutum eo se rediturum: velle se prius alloqui Romanos, qui ad fluvium Phasin stativa haberent. Tum illi suo responso ire ipsum iubent quocunque volet: caeterum affirmant nunquam ad se reversurum, si in Romanos illos inciderit. De his certiores facti exercitus Romani Duces, cohorruerunt, seque impares rati sustinendae aggressorum impressioni, scaphis, quae praesto erant, conscensis, fluvium Phasin traiicere omnes, cum quidquid annonae sibi comparatae avehere poterant,

θέμενοι, τὰ δὲ ἄλλα ἐς τὸν ποταμὸν ἐμβεβλημένοι, ὅπως μὴ αὐτοῖς οἱ πολέμιοι τρυφᾶν δύνωνται. γενόμενος οὖν ἐνταῦθα
H 340 παντὶ τῷ στρατῷ ὁ Μερμερόης οὐ πολλῷ ὕστερον, ἔρημόν τε παντάπασιν ἰδὼν τὸ τῶν πολεμίων στρατόπεδον ἤσχαλλέ τε καὶ
P 603 ἀπορούμενος ἐδυσφορεῖτο. καύσας τε τὸ Ῥωμαίων χαράκωμα καὶ τῷ θυμῷ ζέων ἀνέστρεφέ τε αὐτίκα καὶ τὸ στράτευμα ἐπὶ τὴν Ἀρχαιόπολιν ἦγε.

B V 205 ιδ'. Κεῖται δὲ Ἀρχαιόπολις ἐπὶ λόφου τινὸς σκληροῦ ἐς ἄγαν, καὶ ποταμὸς αὐτὴν παραρρεῖ ἐξ ὀρῶν κατιὼν, ἅπερ τῆς πόλεως καθύπερθέν ἐστι. πύλαι δὲ αὐτῇ αἱ μὲν κάτω εἰσὶ, φέρουσαι παρὰ τοῦ λόφου τὴν ὑπώρειαν, οὐκ ἀπρόσοδοι μέντοι, ἀλλ' ὅσον ἄνοδον ἐκ τοῦ πεδίου τινὰ ἐς αὐτὰς οὐχ ὁμαλὴν εἶναι· αἱ δὲ ἄνω ἐς τὸ κρημνῶδες ἐξάγουσαι αὐτὰς δυσπρόσοδοι ἐς ἄγαν. χῶροι γὰρ λοχμώδεις πρὸ τούτων τῶν πυλῶν εἰσιν, ἐπὶ πλεῖστον διήκοντες. ἐπεί τε ὕδατος ἄλλου τοῖς τῇδε ᾠκημένοις οὐδαμῇ μέτεστι, τείχη δύο ἐνθένδε οἱ τὴν πόλιν δειμάμενοι ἄχρι ἐς τὸν
C ποταμὸν ἐτεκτήναντο, ὅπως ἂν σφίσιν ἐν τῷ ἀσφαλεῖ τὸ τοῦ ποταμοῦ ὕδωρ ἀρύεσθαι δυνατὰ εἴη, Μερμερόης οὖν παντὶ σθένει τειχομαχεῖν ἐνταῦθα σπουδάζων τε καὶ διατεινόμενος ἐποίει τάδε. πρῶτα μὲν τοῖς Σαβείροις ἐπήγγειλε κριοὺς παμπληθεῖς ἐργάζεσθαι, οἵους ἂν φέρειν ἄνθρωποι ἐπὶ τῶν ὤμων δυνατοὶ εἶεν, ἐπεὶ μηχανὰς μὲν τὰς ξυνειθισμένας τρόπῳ οὐδενὶ

6. ἀνέστρεφέ τε] ἀνέστρεφεν L. 10. αἱ μὲν] αἳ μὲν Reg. ibid. φέρουσαι] φέρουσι Reg. 12. ὁμαλὴν] ὁμαλῆ L a pr. m. 20. Σαβείροις] σαβήροις Reg. Et sic L pene constanter. ibid. ἐπήγγειλε] ἐπήγγελε L.

imposuissent in scaphas, caeteris in flumen proiectis, ne hostes illis gauderent. Quo cum omnes copias paulo post duxisset Mermeroës, atque hostium castra vidisset penitus vacua, rem inique tulit, secum dolens ac pendens animi. Subinde Romanorum castris flamma deletis, ira ardens rediit, et copias Archaeopolin duxit.

14. Sita est Archaeopolis in colle asperrimo, eamque fluvius alluit, qui ex montibus urbi imminentibus labitur. Eius portae inferiores ad collis radices ducunt, haud inaccessae: via solum, qua ex campo ad eas itur, non plana est. Superiores portae exitus habent praecipites, atque aditus difficillimos: quippe latissima fruteta obiacent. Et quoniam incolis nihil aquae, nisi fluvialis, suppetit, urbis conditores geminum murum ad flumen usque exstruxerunt, ut ex eo lympha sine periculo hauriatur. Hanc partem totis oppugnare viribus decrevit Mermeroës, et consilium urgens, haec egit. Primo quidem Sabiris curam demandavit, arietes fabricandi quamplurimos, quibus portandis hominum humeri sufficerent; eo quod ad murum imo in monte positum consuetas machinas nullo modo

ἐς Ἀρχαιοπόλεως τὸν περίβολον ἐπάγεσθαι εἶχε, κατὰ τὸν ὄρους πρόποδα κείμενον. ἠκηκόει δὲ ὅσα τοῖς Ῥωμαίων ἐνσπόνδοις Σαβείροις ἀμφὶ τὸ Πέτρας τεῖχος ἐργασθείη οὐ πολλῷ ἔμπροσθεν, καὶ τοῖς ἐπινενοημένοις ἑπόμενος τὴν ἐκ τῆς πείρας ὠφέλειαν μετῄει. οἱ δὲ τὰ ἐπαγγελλόμενα ἐποίουν. κριούς τε αὐτίκα συχνοὺς ἐτεκτήναντο, ᾗπέρ μοι ἔναγχος Ῥωμαίοις εἰργάσθαι D Σαβείρους ἐρρήθη. ἔπειτα δὲ τοὺς μὲν Δολομίτας καλουμένους κατὰ τῆς πόλεως τὰ κρημνώδη στέλλει ἐνοχλεῖν ἐπιστείλας τοὺς ταύτῃ πολεμίους δυνάμει τῇ πάσῃ. οἱ δὲ Δολομῖται οὗτοι βάρβαροι μέν εἰσιν, ᾠκημένοι ἐν Πέρσαις μέσοις, οὐ μὴν κατήκοοι γεγόνασι βασιλέως τοῦ Περσῶν πώποτε. ἱδρυμένοι γὰρ ἐν ὄρεσιν ἀποτόμοις τε καὶ ὅλως ἀβάτοις αὐτόνομοι ὄντες ἐκ παλαιοῦ διαγεγόνασιν ἐς τόδε τοῦ χρόνου· μισθαρνοῦντες δὲ ἀεὶ ξυστρατεύουσι Πέρσαις ἐπὶ πολεμίους τοὺς σφετέρους ἰοῦσι. καὶ πεζοὶ μέν εἰσιν ἅπαντες, ξίφος τε καὶ ἀσπίδα φέρων ἕκαστος καὶ ἀκόντια ἐν ταῖς χερσὶ τρία. θεῖν δὲ λίαν ἔν τε τοῖς κρημνοῖς P 604 καὶ τῶν ὀρῶν ταῖς ὑπερβολαῖς ἐξεπίστανται, ὥσπερ ἐν πεδίῳ ὑπτίῳ. καὶ διὰ τοῦτο Μερμερόης αὐτοὺς τῇδε τειχομαχεῖν ἔταξεν, αὐτὸς δὲ παντὶ τῷ ἄλλῳ στρατῷ ἐπὶ πύλας τὰς κάτω τούς τε κριοὺς καὶ τοὺς ἐλέφαντας ἐπαγόμενος ᾔει. οἱ μὲν οὖν Πέρσαι ξὺν τοῖς Σαβείροις ἐς τὸ τεῖχος συχνὰ βάλλοντες, τοῖς τε τοξεύμασι καλύψαντες τὸν ταύτῃ ἀέρα, οὐ μακράν που ἐγένοντο ἀναγκάσαι τοὺς ἐνταῦθα Ῥωμαίους ἐκλιπεῖν τὰς ἐπάλξεις. οἱ δὲ

7.9. δολομήτας et δολομῆται H. 10. ᾠκημένοι] ᾠκισμένοι Reg. 13. συστρατεύουσι L. 16. δὲ] τε L. 17. ὑπερβολαῖς] ἐπιβολαῖς H.

quiret appellere, et auditis quae Sabiri Romanorum socii paulo ante fecissent ad Petrae moenia, recentibus inventis studens, eorum usu iuvari vellet. Illi dicto audientes, protinus multos arietes iis similes moliti sunt, quos, ut diximus, Sabiri Romanis excitaverant. Dein vero Dolomitas ad urbis latus praecipitiis impendens mittit, iubetque hostes totis ibi viribus fatigare. Barbari sunt hi Dolomitae, et quamvis in Perside habitent, nunquam tamen Regi Persarum fuere subditi. Cum enim montes abruptos penitusque invios colant, ab omni vetustate ad hunc diem suis vixere legibus, nec nisi mercede conducti, Persis in hostes ipsorum militant. Omnes pedibus merent: gladium quisque et scutum gestat, ternaque in manibus iacula, nec minus expedite currunt in confragosis et verticibus montium, quam in camporum aequore. Quamobrem Mermeroës oppugnandam his partem illam assignavit: ipse cum reliquis copiis arietes et elephantos ad portas inferiores promovit. Ergo Persae et Sabiri, cum tela in muros tam crebra mitterent, ut sagittarum nube coelum illic obducerent, Romanos eius partis propugnatores tantum non

Δολομῖται τὰ δοράτια ἐκ τῶν κρημνῶν ἐκτὸς τοῦ περιβόλου ἐσακοντίζοντες πολλῷ ἔτι μᾶλλον τοὺς κατ' αὐτοὺς πολεμίους ἐλύ-
B πουν. πανταχόθι τε Ῥωμαίοις τὰ πράγματα πονηρά τε καὶ κινδύνων ἔμπλεα ἐγεγόνει, ἔσχατα ἐσχάτων κακὰ πάσχουσι.

Τότε δὴ Ὀδόναχός τε καὶ Βάβας, εἴτε ἀρετὴν ἐνδεικνύμενοι εἴτε τῶν στρατιωτῶν ἀποπειρᾶσθαι βουλόμενοι, ἤ καί τι αὐτοὺς θεῖον ἐκίνησεν, εἴασαν μὲν τῶν στρατιωτῶν ὀλίγους τινάς, οἷς δὴ ἐπίστελλον ἀπὸ τῶν ἐπάλξεων τοὺς τειχομαχοῦντας ἀμύνεσθαι, τοὺς πλείστους δὲ ξυγκαλέσαντες βραχεῖάν τινα παρακέλευσιν ἐποιήσαντο καὶ ἔλεξαν τοιάδε „Τὸν μὲν παρόντα κίνδυνον, ἄνδρες ξυστρατιῶται, καὶ τὴν περιλαβοῦσαν ἡμᾶς ἀνάγκην ὁρᾶτε. δεῖ δὲ ἡμᾶς τούτοις δὴ τοῖς κακοῖς ὡς ἥκιστα εἴκειν. τοὺς γὰρ ἐς ἀπόγνωσιν σωτηρίας ἐλθόντας τοῦτο ἂν διασώσασθαι δύναιτο μόνον, τὸ μὴ τῆς σωτηρίας ἐφίεσθαι· ἐπεὶ τῷ φιλοψύχῳ τὸ διαφθείρεσθαι ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον ἕπεσθαι πέ-
C φυκε. καὶ τόδε δὲ ὑμᾶς ἐννοεῖν ἐν τοῖς παροῦσι δεινοῖς δεήσει, ὡς ἐκ τῶν ἐπάλξεων τῶνδε ἀμυνομένοις τοῖς πολεμίοις οὐκ ἐν
V 206 βεβαίῳ τὰ τῆς σωτηρίας ἡμῖν κείσεται, ἢν καὶ τὴν ἀγωνίαν ὡς προθυμότατα διενέγκωμεν. μάχη γὰρ ἐκ διεστηκότων ξυνισταμένη ἀνδραγαθίζεσθαι οὐδενὶ ξυγχωρεῖ, ἀλλ' ἐς τὸ τῆς τύχης ὡς τὰ πολλὰ περιίσταται κράτος. ἢν μέντοι ἡ ξυμβολὴ ξυσταδὸν γένηται, τά τε τῆς προθυμίας ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον κρατήσει καὶ μετὰ τῆς ἀνδρείας ἡ νίκη χωρήσει. ἄνευ δὲ τούτων εὐημε-

τοῖς ἕκαστον, τά τε ἀξιώματα ἐπιλεγούσης οἷς πρώην ἐχρῶντο
καὶ πατρόθεν αὐτοὺς ἀνακαλούσης. ἢν δὲ καὶ γυναῖκες ξυνδια-
πορθμευσάμεναι αὐτοῖς τύχωσι, τῶν ἀνδρῶν ἀποστοματίζουσι
τὰ ὀνόματα οἷσπερ ξυνοικοῦσαι ἐβίων. ταῦτα μὲν οὖν οἱ τῇδε

1. ἠόνα] ἠϊόνα P. 5. καὶ τῶν] τῶν om. L. 7. σανίδος] σανίδας L. ibid. τῷ ῥοθίῳ L. Aberat τῷ. 19. συμπ— L. 20. οἷς] ἧς L.

que ad opus obscura voce acciri audiunt. Abiecta omni cunctatione corripiunt sese e stratis, et ad littus vadunt, ignari quidem qua tandem ad id vi impellantur, sed tamen coacti. Paratas ibi scaphas vident, hominibus penitus vacuas, non suas, verum alias quasdam: quibus conscensis, apprehendunt remos, et naves sentiunt vectoribus tot onustas, ut ad summam usque tabulam et columbaria immersae, supra aquam vix digito extent. Neminem ipsi conspiciunt, neque hora plus remigando appellunt in Brittiam: quamvis, cum navigiis vehuntur suis, nec velis utuntur, sed remis, vix eo traiiciant noctis unius ac diei spatio. Delati in insulam, simul factam exscensionem intelligunt, discedunt, exoneratis repente navibus, itaque emersis, ut in aquam nonnisi carina tenus depressae sint. Nullum hominem vident, nec navigantem secum, nec navi egredientem: solum asserunt audire se inde vocem, quae vectorum singulorum nomina tradere excipientibus, et dignitates pristinas recensere, patrisque addito nomine ipsos compellare videatur. Si quae feminae una transfretaverint, viros, quibuscum matrimonio iunctae vixerint, no-

ἄνθρωποι ξυμβαίνειν φασίν. ἐγὼ δὲ ἐπὶ τὸν πρότερον λόγον ἐπάνειμι.

κα΄. Οὕτω μὲν οὖν τὰ κατὰ τοὺς πολεμίους ἐν χώρᾳ ἑκάστῃ V 220 ξυνηνέχθη γενέσθαι. ὁ δὲ Γοτθικὸς πόλεμος ἐφέρετο ὧδε. B Βελισάριον μὲν ἐς Βυζάντιον μεταπεμψάμενος βασιλεύς, ἧπέρ μοι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις ἐρρήθη, διὰ τιμῆς ἦγε, καὶ οὐδὲ Γερμανοῦ τετελευτηκότος πέμπειν αὐτὸν διενοεῖτο ἐς τὴν Ἰταλίαν, ἀλλὰ καὶ στρατηγὸν τῆς ἑῴας ὄντα, τῶν βασιλικῶν σωματοφυλάκων ἄρχοντα καταστησάμενος, αὐτοῦ κατεῖχεν. ἦν δὲ τῷ ἀξιώματι πρῶτος ὁ Βελισάριος Ῥωμαίων ἁπάντων, καίτοι τινὲς αὐτῶν πρότεροι ἀνάγραπτοί τε ἐς πατρικίους γεγόνασι καὶ ἐς αὐτὸν C ἀναβεβήκεσαν τῶν ὑπάτων τὸν δίφρον. ἀλλὰ καὶ ὣς αὐτῷ τῶν πρωτείων ἐξίσταντο πάντες, αἰσχυνόμενοι κατὰ τῆς ἀρετῆς τῷ νόμῳ χρῆσθαι καὶ τὸ ἀπ' αὐτοῦ δικαίωμα περιβάλλεσθαι. ταῦτά τε βασιλέα κομιδῇ ἤρεσκεν. Ἰωάννης δὲ ὁ Βιταλιανοῦ διεχείμαζεν ἐν Σάλωσι. προσδεχόμενοί τε αὐτὸν ἐν Ἰταλίᾳ τοῦτον δὴ τὸν χρόνον οἱ τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ ἄρχοντες ἄπρακτοι ἔμενον. καὶ ὁ χειμὼν ἔληγε, καὶ τὸ ἑκκαιδέκατον ἔτος ἐτελεύτα τῷ πολέμῳ τῷδε, ὃν Προκόπιος ξυνέγραψε.

Τῷ δὲ ἐπιγενομένῳ ἔτει Ἰωάννης μὲν διενοεῖτο ἐκ Σαλώνων D τε ἐξανίστασθαι καὶ τῷ στρατῷ ἐξηγεῖσθαι ὅτι τάχιστα ἐπὶ Τω-

3. Οὕτω] τὰ L. ibid. τὰ om. L. 5. μεταπεμψάμενος] παραπεμψάμενος H. 7. ἐς τὴν Ἰτ. διενοεῖτο L. 11. αὐτῶν] αὐτοὶ L. 18. ἑκκαιδέκατον] ἑπτακαιδέκατον Reg. 19. τῷ πολέμῳ om. L. 20. ἔτει] ἐνιαυτῷ Reg. 21. Τωτίλαν] τουτίλλαν L.

minatim inclamant. Haec ibi indigenae fieri produnt: ego vero ad res libri proxime superioris revertor.

21. Is quidem erat in regionibus singulis, quas recensui, rei bellicae status: bellum vero Gotthicum sic procedebat. Cum, ut antea dixi, Belisarium Imperator Byzantium revocasset, eum habuit honorifice; haud tamen statuit in Italiam mittere post obitum Germani; sed ipsum, iam Magistrum militum Orientis, corporis custodibus sui praeposuit, tenuitque apud se. Dignitate praestabat Romanis omnibus Belisarius; etsi inter eos non deerant, qui ante ipsum ascripti fuissent Patriciis, et ad sellam Consularem evecti. Nihilominus primas illi concedebant omnes, prohibiti virtutis reverentia, quo minus legis beneficio uterentur, suumque ius retinerent: id quod valde Imperatori placebat. Ioannes autem, Vitaliani ex sorore nepos, Salonis hiemabat: cuius expectatione hoc anno suspensi in Italia exercitus Romani Duces, cessarunt. Porro hiemis exitus annum clausit decimum sextum huius belli, cuius historiam Procopius scripsit.

Anno sequenti, cum esset Ioannis consilium Salonis movere, et sine mora adversus Totilam Gotthosque educere copias, vetuit Impera-

*τίλαν τε καὶ Γότθους. βασιλεὺς δὲ αὐτὸν διεκώλυεν, αὐτοῦ τε
μένειν ἐπέστελλεν, ἕως Ναρσῆς ὁ εὐνοῦχος ἀφίκηται. αὐτὸν
γὰρ τοῦδε αὐτοκράτορα καταστήσασθαι τοῦ πολέμου ἐβούλευσεν.
ὅτου δὲ δὴ ἕνεκα ταῦτα βουλομένῳ βασιλεῖ εἴη διαρρήδην μὲν
τῶν πάντων οὐδενὶ φανερὸν γέγονε· βασιλέως γὰρ βούλευμα
ἔκπυστον ὅτι μὴ αὐτοῦ ἐθελουσίου ἀμήχανά ἐστι γενέσθαι· ἃ*
H 353 *δὲ ὑποπτεύοντες ἄνθρωποι ἔλεγον, ἐγὼ δηλώσω. ἔννοια Ἰου-*
P 626 *στινιανῷ βασιλεῖ γέγονεν ὡς οἱ ἄλλοι τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ ἄρ-
χοντες Ἰωάννῃ ὑπακούειν ὡς ἥκιστα ἐθελήσουσιν, οὐκ ἀξιοῦντες
καταδεέστερόν τι αὐτοῖς τὸ ἀξίωμα εἶναι. καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἔδεισε
μὴ διχοστατοῦντες τῇ γνώμῃ ἢ ἐθελοκακοῦντες τῷ φθόνῳ ξυγ-
χέωσι τὰ πρασσόμενα. ἤκουσα δέ ποτε καὶ τόνδε τὸν λόγον
ἀπαγγέλλοντος Ῥωμαίου ἀνδρὸς, ἡνίκα ἐπὶ Ῥώμης διατριβὴν
εἶχον· ἦν δὲ οὗτος ἀνὴρ τῶν ἀπὸ τῆς ξυγκλήτου βουλῆς. ἔλεγεν
οὖν ὁ Ῥωμαῖος οὗτος ὡς ἄρχοι μὲν Ἰταλίας ποτὲ Ἀταλάριχος ὁ
Θευδερίχου θυγατριδοῦς, βοῶν δέ τις ἀγέλη ἐς Ῥώμην ὑπὸ*
B *τοῦτον τὸν χρόνον ἀμφὶ δείλην ὀψίαν ἐξ ἀγροῦ ἥκει διὰ τῆς ἀγο-
ρᾶς, ἣν φόρον Εἰρήνης καλοῦσι Ῥωμαῖοι. ἐνταῦθα γάρ πη ὁ
τῆς Εἰρήνης νεὼς κεραυνόβλητος γενόμενος ἐκ παλαιοῦ κεῖται.
ἔστι δέ τις ἀρχαία πρὸ ταύτης δὴ τῆς ἀγορᾶς κρήνη, καὶ βοῦς
ἐπὶ ταύτης χαλκοῦς ἕστηκε, Φειδίου, οἶμαι, τοῦ Ἀθηναίου ἢ
Λυσίππου ἔργον. ἀγάλματα γὰρ ἐν χώρῳ τούτῳ πολλὰ τούτοιν*

9. *ἰωάννῃ ὑπακούειν* Reg. *ἰωάννου ἐπακούειν* P. 10. *αὐτοῖς*] *αὐτοῦ* Reg. 12. *ποτε* om. L. 14. *συγκλήτου* L. 15. *ἄρχοι*] *ἄρχειν* H. 16. *τις ἀγέλη*] *τινὰ ἀγέλην* Reg. 17. *ἥκει*] *ἥκειν* Reg. 22. *γὰρ ἐν*] *δ' ἐν* H.

tor, iussitque Narsetis Eunuchi adventum ibi expectare, in animo habens hunc bello praeficere: quae cur ipsi constituta sic fuerint, nemo liquido novit. Nam Imperatoris consilium emanare nequit in vulgus, nisi ipsi velit. Vulgares tantum suspiciones hic referam. Videbat, aiunt, Iustinianus Augustus Ioannis imperium detrectaturos exercitus Romani caeteros Duces, honore illi cedere recusantes. Propterea verebatur, ne vel in studia scissi contraria, vel per invidiam remissius agentes, omnia miscerent. Istud etiam aliquando, cum Romae degerem, a Senatore Romano accepi. Narrabat, regnante in Italia Atalarico, qui matrem habuit filiam Theoderici, die quodam, vesperi, armentum boum ex agro Romam abductum, transiisse per forum Pacis, sic a Romanis dictum, quod in eo sit Pacis templum, olim de caelo tactum. Pro foro illo vetus quidam est fons, cui bos aeneus insistit, Phidiae, credo, Atheniensis vel Lysippi opus. Nam factae utriusque manu statuae visuntur multae eo loci: ubi et alterum Phidiae opus extat, testante au-

δὴ τοῖν ἀνδροῖν ποιήματά ἐστιν. οὗ δὴ καὶ Φειδίου ἔργον ἕτερον· τοῦτο γὰρ λέγει τὰ ἐν τῷ ἀγάλματι γράμματα. ἐνταῦθα καὶ τὸ τοῦ Μύρωνος βοίδιον. ἐπιμελὲς γὰρ ἐγεγόνει τοῖς πάλαι Ῥωμαίοις τῆς Ἑλλάδος τὰ κάλλιστα πάντα ἐγκαλλωπίσματα Ῥώμης ποιήσασθαι. ἕνα δὲ ταῦρον ἔφη τῶν τηνικάδε παριοντων εὐνοῦχον τῆς τε ἀγέλης ἀπολειπόμενον καὶ ταύτης δὴ τῆς κρήνης C ἐπιβατεύσαντα καθύπερθε βοὸς τοῦ χαλκοῦ στῆναι. τύχῃ δέ τινι παριόντα τινὰ, Τοῦσκον γένος, κομιδῇ ἄγροικον δόξαντα εἶναι, ξυμβάλλοντα τὸ ποιούμενον φάναι (εἰσὶ γὰρ μαντικοὶ καὶ ἐς ἐμὲ Τοῦσκοι) ὡς εὐνοῦχός ποτε καταλύσει τὸν ἄρχοντα Ῥώμης. καὶ τηνικαῦτα μὲν ὅ τε Τοῦσκος ἐκεῖνος καὶ ὁ παρ' αὐτοῦ λόγος γέλωτα ὦφλε. πρὸ γὰρ τῆς πείρας ἀεὶ ἄνθρωποι τὰς προρρήσεις φιλοῦσι χλευάζειν, οὐκ ἀναχαιτίζοντος αὐτοὺς τοῦ ἐλέγχου, τῷ μήτε ἀποβεβηκέναι τὰ πράγματα μήτε τὸν περὶ αὐτῶν λόγον V 221 εἶναι πιστὸν, ἀλλὰ μύθῳ τινὶ γελοιώδει ἐμφερῆ φαίνεσθαι. νῦν δὲ δὴ ἅπαντες τὸ ξύμβολον τοῦτο τοῖς ἀποβεβηκόσιν ὑποχωροῦντες θαυμάζουσι. καὶ διὰ τοῦτο ἴσως ἐπὶ Τωτίλαν ἐστρατήγει D Ναρσῆς, ἢ στοχαζομένης τοῦ ἐσομένου τῆς βασιλέως γνώμης, ἢ πρυτανευούσης τὸ δέον τῆς τύχης. ὁ μὲν οὖν Ναρσῆς στράτευμά τε λόγου ἄξιον καὶ χρήματα μεγάλα πρὸς βασιλέως κεκομισμένος ἐστέλλετο. ἐπειδὴ δὲ ξὺν τοῖς ἑπομένοις ἐν μέσῃ Θρᾴκῃ ἐγένετο, χρόνον τινὰ ἐν Φιλιππουπόλει ἀποκεκλεισμένος τῆς ὁδοῦ

1. ποιήματα] πεποιημένον H. *ibid.* ἔργον ἕτερον] ἑτέρων ἔργων L. 3. βοίδιον] βοΐδιον P. 6. εὐνοῦχον] εὐνούχων Vat. 7. καθύπερθεν L. 9. καὶ ἐς ἐμὲ] οἶμαι H. 11. τηνικαῦτα] τηνικάδε Reg. 13. αὐτοὺς] αὐτοῖς H. 14. αὐτῶν] αὐτοῦ H. 15. μύθῳ] μύθων Hm. 16. δὲ δὴ] δὲ om. L. 17. τουτίλλαν L. 22. φιλίππου πόλει L.

ctorem inscriptione statuae: ibidem est Myronis bucula. Nimirum prisci Romani id diligenter curarunt, ut excellentissima quaeque ornamenta Graeciae Roma possideret. Addebat Senator ille, taurum castratum, qui unus erat ex numero tunc praetereuntium, relicto armento, inscensoque fonte, supra bovem stetisse aeneum: illac forte praeteriisse quemdam, natione Tuscum, et specie valde agrestem: mox rem coniectando (ut sunt Tusci etiamnum dediti divinationibus) dixisse, tempus fore, cum Eunuchus Romae dominum profligaret. Tum quidem de Tusco illo eiusque verbis risus hominum fuit, qui praedictiones ante eventa vulgo solent explodere, contrario nullo argumento revicti, eo quod res nondum evenerit, nec sermo fide dignus, sed ridiculae fabulae similis esse videatur. Hodie vero omen illud mirantur omnes, exitu convicti. Atque ideo forte Narseti bellum in Totilam datum est; sive futurum Imperator coniectura colligeret, sive fortuna quod erat opus facto decerneret. Ergo Narses, cum et florentem exercitum, et multam pecuniam ab Augusto accepisset, profectus est. In mediam Thraciam

ἔμεινε. στράτευμα γὰρ Οὐννικὸν ἐπισκῆψαν τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ ἅπαντα ἦγόν τε καὶ ἔφερον, οὐδενὸς σφίσιν ἀντιστατοῦντος. ἐπειδὴ δὲ αὐτῶν οἱ μέν τινες ἐπὶ Θεσσαλονίκην, οἱ δὲ τὴν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον ᾔεσαν, μόλις ἐνθένδε ἀπαλλαγεὶς ἐπίπροσθεν ᾔει.

P 627 κβ΄. Ἐν ᾧ δὲ ὁ μὲν Ἰωάννης ἐπὶ Σαλώνων Ναρσῆν ἔμενε, Ναρσῆς δὲ Οὔννων τῇ ἐφόδῳ ξυμποδιζόμενος σχολαίτερον ᾔει, ἐν τούτῳ ὁ Τωτίλας προσδεχόμενος τὴν Ναρσοῦ στρατιὰν ἐποίει τάδε. ἄλλους τε Ῥωμαίους καί τινας τῶν ἀπὸ τῆς ξυγκλήτου βουλῆς ἐν Ῥώμῃ καθίστη, τοὺς λοιποὺς ἐπὶ Καμπανίας ἐάσας. καὶ αὐτοὺς ἐκέλευεν ὅση δύναμις ἐπιμελεῖσθαι τῆς πόλεως, ἐνδεικνύμενος ὅτι δὴ αὐτῷ μεταμέλει τῶν οἱ ἐς Ῥώμην εἰργασμένων τὰ πρότερα, ἐπεὶ ἐμπρήσας αὐτῆς πολλὰ ἔτυχεν, ἄλλως τε καὶ ὑπὲρ Τίβεριν ποταμόν. οἱ δὲ καθεστῶτες ἐν αἰχμαλώτων
B λόγῳ καὶ περιῃρημένοι χρήματα πάντα, μὴ ὅτι τῶν κοινῶν, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἰδίᾳ σφίσι προσηκόντων μεταποιεῖσθαι δυνατοὶ ἦσαν. καίτοι ἀνθρώπων μάλιστα πάντων ὧν ἡμεῖς ἴσμεν φιλοπόλιδες Ῥωμαῖοι τυγχάνουσιν ὄντες, περιστέλλειν τε τὰ πάτρια πάντα καὶ διασώζεσθαι ἐν σπουδῇ ἔχουσιν, ὅπως δὴ μηδὲν ἀφανίζηται Ῥώμῃ τοῦ παλαιοῦ κόσμου. οἵ γε καὶ πολύν τινα βεβαρβαρωμένοι αἰῶνα τάς τε πόλεως διεσώσαντο οἰκοδομίας καὶ τῶν ἐγκαλλωπισμάτων τὰ πλεῖστα, ὅσα οἷόν τε ἦν, χρόνῳ τε τοσού-

2. ἠγέ τε καὶ ἔφερε Reg. 6. συμποδιζόμενος L. 7. τουτίλλας L. 8. συγκλήτου L. 9. καθίστη] καθίστησι Reg. 11. τῶν οἱ] οἱ om. L. 13. καὶ οἱ ὑπὲρ L. ibid. οἱ δὲ om. L. 15. δυνατοὶ ἦσαν μεταποιεῖσθαι L. 17. πάντα] πάντῃ L. 19. κόσμου τοῦ παλαιοῦ ῥώμῃ L. ibid. οἵ γε καὶ — ταύτῃ ἔχει (628 c) om. L.

cum suis progressus, aliquandiu Philippopoli substitit, intercluso itinere turmis Hunnorum, qui facta in Romanum Imperium irruptione, agebant ferebantque omnia, nemine repugnante. At ubi partim Thessalonicam, partim Byzantium discesserunt, aegre illinc expeditus, porro perrexit.

22. Dum Ioannes Narsetem opperitur Salonis, et Narses, Hunnorum grassatione impeditus, lentius iter facit; interea haec agit Totilas, copias Narsetis expectans. Cum Romanos alios, tum Senatores nonnullos Romam revocat, relictis caeteris in Campania, atque urbem pro virili parte curare iubet, prae se ferens poenitentiam violatae tum Romae, cum eius partem non exiguam, praesertim trans fluvium Tiberim, flamma delevisset. Illi mancipiorum loco rituque habiti, et fortunis exuti omnibus, nullam rei nec publicae, nec privatae partem recuperare poterant: tametsi supra omnes, quos equidem novimus, urbis studiosi suae Romani, res omnes patrias retinere et conservare satagunt, ne quid antiqui decoris Romae depereat. Et quamvis diu dominationem Barbaricam passi sint, urbis tamen aedificia servarunt, et quamplurima, quoad eius

τῳ τὸ μῆκος καὶ τῷ ἀτημελεῖσθαι δι' ἀρετὴν τῶν πεποιημένων
ἀντέχει. ἔτι μέντοι καὶ ὅσα μνημεῖα τοῦ γένους ἐλέλειπτο ἔτι, C
ἐν τοῖς καὶ ἡ ναῦς Αἰνείου, τοῦ τῆς πόλεως οἰκιστοῦ, καὶ εἰς
τόδε κεῖται, θέαμα παντελῶς ἄπιστον. νεώσοικον γὰρ ποιησά-
μενοι ἐν μέσῃ τῇ πόλει, παρὰ τὴν τοῦ Τιβέριδος ὄχθην, ἐν-
ταῦθά τε αὐτὴν καταθέμενοι, ἐξ ἐκείνου τηροῦσιν. ἥπερ ὁποία
ποτέ ἐστιν αὐτὸς θεασάμενος ἐρῶν ἔρχομαι. μονήρης δὲ ἡ ναῦς
ἥδε καὶ περιμήκης ἄγαν τυγχάνει οὖσα, μῆκος μὲν ποδῶν εἴκοσι H 354
καὶ ἑκατόν, εὖρος δὲ πέντε καὶ εἴκοσι, τὸ δέ γε ὕψος τοσαύτη
ἐστὶν ὅσον αὐτὴν ἐρέσσεσθαι μὴ ἀδύνατα εἶναι. ξύλων δὲ κόλ- D
λημα οὐδὲ ἓν τὸ παράπαν ἐνταῦθά ἐστιν οὐδὲ σιδήρων ἄλλῃ τινὶ
μηχανῇ τὰ ξύλα τοῦ πλοίου εἰς ἄλληλά πῃ ἐρήρεισται, ἀλλὰ μο-
νοειδῆ ξύμπαντά ἐστι λόγου τε καὶ ἀκοῆς κρείσσω καὶ μόνῳ γε-
γονότα, ὅσα γε ἡμᾶς εἰδέναι, ἐν τῷδε τῷ πλοίῳ. ἥ τε γὰρ τρό-
πις μονοφυὴς οὖσα ἐκ πρύμνης ἄκρας ἄχρι ἐς τὴν πρῷραν διήκει,
κατὰ βραχὺ μὲν θαυμασίως ἐπὶ τὸ κοῖλον ὑποχωροῦσα, καὶ αὖ
πάλιν ἐνθένδε κατὰ λόγον εὖ μάλα ἐπὶ τὸ ὀρθόν τε καὶ διατετα- P 628
μένον ἐπανιοῦσα. τά τε παχέα ξύμπαντα ξύλα ἐς τὴν τρόπιν
ἐναρμοσθέντα (ἅπερ οἱ μὲν ποιηταὶ δρυόχους καλοῦσιν, ἕτεροι
δὲ νομέας) ἐκ τοίχου μὲν ἕκαστον θατέρου ἄχρι ἐς τῆς νεὼς διή-
κει τὸν ἕτερον τοῖχον. ὑφιζάνοντα δὲ καὶ αὐτὰ ἐξ ἑκατέρας
ἄκρας καμπὴν ποιεῖται διαφερόντως εὐπρόσωπον, ὅπως ἂν τὴν V 222

14. τρόπις] τροπὶς P, et infra τροπίν. 15. πρῷραν] πρώραν P. 19. δρυόχους Maltretus. Libri διόχους.

fieri potuit, ornamenta: quibus eam firmitatem industria artificum dedit, ut nec tanta aevi longinquitate, nec curae intermissione detrita fuerint. Immo vero stant adhuc, relicta posteris monumenta, quibus gentis origo proditur. In his navis Aeneae, conditoris urbis, etiamnum extat; opinione omnino maius spectaculum. Eam habet navale media in urbe ad Tiberis ripam constructum: iam quae sit ipsius forma, ego testis oculatus exponam. Agebatur uno remorum ordine navis illa, sane ingens: pedes longa centum viginti, lata viginti quinque, alta eatenus, ut remis impelli possit. Lignis constat, quorum nullum coagmentatum est e duobus, nec partibus inter se ferro nexis compactum: at sunt omnia simplicia; quod cum famam, tum audientium opinionem excedit, neque alibi, quod equidem sciam, quam in hoc navigio visitur. Carina, unius truncus arboris, ab extrema puppi ad proram usque pertinet, molli flexu alveum mirifice subiens, et inde rursus aptissime subrigens sese ad pluteum. Costae vero omnes, seu ligna crassiora carinae inserta, quae Poëtae Graeci δρυόχους, caeteri νομεῖς appellant, eiusmodi sunt, ut singulae ab uno navis latere pervadant ad alterum: et ipsae ab utroque margine subsidentes, concinnam admodum curvaturam efficiunt, pro ambitu quem habet alveus navis: sive natura ad id quod erat opus suam

νῆα κοίλην ἀποτετορνεῦσθαι ξυμβαίη, εἴτε τῆς φύσεως κατὰ τὴν τῆς χρείας ἀνάγκην τά τε ξύλα διακοψάσης καὶ ξυναρμοσαμένης τὰ πρότερα τὸ κύρτωμα τοῦτο εἴτε χειροποιήτῳ τέχνῃ τε καὶ μηχανῇ ἄλλῃ τῆς τῶν νομέων ἀνωμαλίας ἐν ἐπιτηδείῳ γεγε-
B νημένης. σανίς τε πρὸς ἐπὶ τούτοις ἑκάστη ἐκ πρύμνης ἄκρας ἐς τῆς νηὸς ἐξικνεῖται τὴν ἑτέραν ἀρχὴν, μονοειδὴς οὖσα καὶ κέντρα σιδηρᾶ τούτου ἕνεκα προσλαβοῦσα μόνον, ὅπως δὴ ταῖς δοκοῖς ἐναρμοσθεῖσα τὸν τοῖχον ποιεῖ. οὕτω μὲν ἡ ναῦς ἥδε πεποιημένη κρείσσω παρέχεται τοῦ λόγου τὴν ὄψιν, ἐπεὶ τῶν ἔργων τὰ πλεῖστα παραλόγῳ ξυμβαίνοντα οὐκ εὐδιήγητα τίθεται τοῖς ἀνθρώποις ἀεὶ τῶν πραγμάτων ἡ φύσις, ἀλλὰ ταῖς ἐπινοίαις τὰ ξυνειθισμένα νικῶσα καὶ τοῦ λόγου κρατεῖ. τούτων δὲ δὴ τῶν ξύλων οὐδὲν οὔτε σέσηπεν οὔτε τι ὑποφαίνει ὡς σαπρὸν εἴη, ἀλλ' ἀκραιφνὴς πανταχόθι οὖσα ἡ ναῦς, ὥσπερ ὑπόγυιον τῷ
C τεχνίτῃ τῷ αὐτῆς, ὅστις ποτὲ ἦν, νεναυπηγημένη, ἔρρωται καὶ ἐς ἐμὲ θαυμαστὸν ὅσον. τὰ μὲν οὖν ἀμφὶ τῇ τοῦ Αἰνείου νηῒ ταύτῃ ἔχει.

Τωτίλας δὲ πλοῖα μακρὰ ἐς τριακόσια Γότθων πληρώσας ἐς τὴν Ἑλλάδα ἐκέλευεν ἰέναι, ληΐζεσθαί τε τοὺς παραπίπτοντας ἐπιστείλας δυνάμει τῇ πάσῃ. οὗτος δὲ ὁ στόλος ἄχρι ἐς τὴν Φαιάκων χώραν, ἣ νῦν Κέρκυρα ἐπικαλεῖται, οὐδὲν ἄχαρι ἐργάζεσθαι ἔσχε. νῆσον γὰρ οὐδεμίαν ἐν τῷδε τῷ διάπλῳ οἰκου-

5. „πρὸς ἐπὶ τούτοις] Idem praepositionis pleonasmus alibi, de quo in Notis ad Siracidem." Hoeschel. Vid. indicem s. v. πρός. 18. Τωτίλας — μακρὰ] καὶ πλοῖα μακρὰ τουτίλλας L. ibid. δὲ] δὴ L. 22. τῷδε om. L.

operam accommodans, ligna illa reciderit, itaque antea sinuarit: sive artis manus et instrumenta aptam illam obliquitatem statuminibus dederint. Praeterea unaquaeque tabula ab extrema puppi ad alteram navigii extremitatem pertingit, ex uno desecta caudice, eoque solum clavos ferreos admisit, ut costis affixa, latus componat. Ea navis huius structura spectaculum praebet inenarrabile. Et vero sic rerum natura fert, ut nunquam possint homines plane verbis exprimere maximam partem operum, quae a communi ratione remota sunt; at cum ea superat, quae cogitare consuevimus, dicendi quoque facultatem excedit. Illorum autem lignorum nullum est putre, nullum cariem sensit: tota navis perinde integra, ac si modo ab artifice suo, quicunque ille fuerit, fabricata prodiret, stat adhuc mirum valde in modum. Hactenus de navi Aeneae.

Totilas vero, cum longas naves trecentas Gotthis implesset, misit eos in Graeciam, et obviis quibusque vastitatem, quoad possent, inferre iussit. Ea classis ad Phaeaciam usque (Corcyram hodie vocant) nihil nocere potuit. Nam in traiectu a freto, cuius latus Charybdis obtinet,

μένην ξυμβαίνει εἶναι ἐκ τοῦ κατὰ τὴν χάρυβδιν πορθμοῦ μέχρι ἐς τὴν Κέρκυραν, ὥστε πολλάκις ἐγὼ ἐνταῦθα γενόμενος διηπορούμην ὅπη ποτὲ ἄρα τῆς Καλυψοῦς ἡ νῆσος εἴη. ταύτης γὰρ τῆς θαλάσσης οὐδαμῆ νῆσον τεθέαμαι, ὅτι μὴ τρεῖς, οὐ πολλῷ D
ἄποθεν τῆς Φαιακίδος, ἀλλ' ὅσον ἀπὸ σταδίων τριακοσίων ἄγχιστά πη ἀλλήλων οὔσας, βραχείας κομιδῆ καὶ οὐδὲ ἀνθρώπων ἐχούσας οἰκία οὔτε ζῴων οὔτε ἄλλων τὸ παράπαν οὐδέν. Ὀθονοὶ δὲ καλοῦνται ταννῦν αἱ νῆσοι αὗται. καὶ φαίη ἄν τις τὴν Καλυψὼ ἐνταῦθα γενέσθαι, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὸν Ὀδυσσέα γῆς τῆς Φαιακίδος ὄντα οὐ πολλῷ ἄποθεν ἢ σχεδίᾳ, ὥς φησιν Ὅμηρος, ἢ ἄλλῳ τῳ τρόπῳ νηός τινος χωρὶς ἐνθένδε διαπορθμεύσασθαι. ἀλλὰ ταῦτα ἡμῖν ὅσον τεκμηριοῦσθαι εἰρήσθω. τοῖς γὰρ παλαιοτάτοις ἐς τὸ ἀκριβὲς ἐναρμόσασθαι τὸν ἀληθῆ λόγον P 629
οὐ ῥᾴδιον, ἐπεὶ ὁ πολὺς χρόνος τά τε τῶν χωρίων ὀνόματα καὶ τὴν ἀμφ' αὐτοῖς δόξαν ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον μεταβάλλειν φιλεῖ. τὸ πλοῖον ἀμέλει, ὅπερ ἐν γῇ τῇ Φαιακίδι ἐκ λίθου λευκοῦ πεποιημένον παρὰ τὴν ταύτῃ ἀκτὴν ἕστηκεν, ἐκείνην τινὲς εἶναι τὴν ναῦν οἴονται, ἣ τὸν Ὀδυσσέα ἐς τὴν Ἰθάκην ἐκόμισεν, ἡνίκα ξεναγεῖσθαι αὐτὸν ἐνταῦθα ξυνέβη. καίτοι οὐ μονοειδές τὸ πλοῖον τοῦτ' ἔστιν, ἀλλὰ ἐκ λίθων ὅτι μάλιστα πολλῶν ξύγκειται. καὶ γράμματα ἐν αὐτῷ ἐγκεκόλαπται καὶ διαρρήδην βοᾷ

7. οἰκεῖα ἐχούσας L. ibid. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδὲ P. 9. ἐνταῦθα] ἐντεῦθεν H. 10. Ὅμηρος] Odyss. ε, 33. 11. νηός] νηώς P. νεώς H. νηώς Hm. 12. ἡμῖν] μὲν H. 15. αὐτοῖς] αὐτῆς L. 16. Φαιακίδι] φαιάκων Reg. 17. παρὰ τὴν ταύτης ἀκτὴν ἐκεῖνό τινες οἴονται εἶναι, ὃ τὸν ὀδυσσέα Reg. 20. τοῦτ'] τοῦτο L.

ad Corcyram, nulla est insula, quae ab hominibus incolatur. Quare mihi saepe illac pervecto haerere contigit, cum insulam Calypsus quaererem. In eo certe mari tres solum vidi insulas, stadiis non amplius trecentis dissitas a Phaeacide, inter se proximas, ac perexiguas: quae et hominum et pecudum cultu, rebus denique omnibus vacant: Othones insulas iam eas appellant: atque hic forte habitasse Calypsum quispiam dixerit, eamque fuisse causam, cur Ulysses non procul a terra Phaeacide positus, Schedia, ut ait Homerus, aliove quopiam modo, sine navi inde transmiserit. Haec a nobis, quantum coniectura assequi possumus, dicta sunto. Neque enim facile est de rebus vetustissimis tam vere loqui, ut omnia bene cohaereant; cum longa dies non modo vocabula, sed notitiam quoque locorum mutare plurimum soleat. Sunt qui existiment, navim ex lapide candido, quae in Phaeaciae littore visitur, eam esse, quae Ulyssem vexit in Ithacam, cum illic exceptus fuisset hospitio. Attamen navigium illud non est uniusmodi; sed multis lapidibus constat, ac notas incisas habet, quae diserte testantur, id olim positum

τῶν τινα ἐμπόρων ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις ἱδρύσασθαι τὸ ἀνάθημα
B τοῦτο Διὶ τῷ Κασίῳ. Δία γὰρ Κάσιον ἐτίμων ποτὲ οἱ τῇδε ἄνθρωποι, ἐπεὶ καὶ ἡ πόλις, ἐν ᾗ τὸ πλοῖον τοῦτο ἕστηκεν, ἐς τόνδε τὸν χρόνον Κασώπη ἐπικαλεῖται. τοῦτον δὲ τὸν τρόπον ἐκ λίθων πολλῶν καὶ ἡ ναῦς ἐκείνη πεποίηται, ἣν Ἀγαμέμνων ὁ τοῦ Ἀτρέως τῆς Εὐβοίας ἐν Γεραιστῷ ἀνέθηκε τῇ Ἀρτέμιδι, ἀφοσιούμενος κἀν τούτῳ τὴν ἐς αὐτὴν ὕβριν, ἡνίκα διὰ τὸ τῆς
H 355 Ἰφιγενείας πάθος τὸν ἀπόπλουν ἡ Ἄρτεμις ξυνεχώρει τοῖς Ἕλλησιν. ἃ δὴ γράμματα ἐν πλοίῳ τούτῳ ἢ τηνικάδε ἢ ὕστερον ξυσθέντα δηλοῖ ἐν ἑξαμέτρῳ. ὧν τὰ μὲν πλεῖστα ἐξίτηλα χρόνῳ
C τῷ μακρῷ γέγονε, τὰ δὲ πρῶτα καὶ ἐς τόδε διαφαίνεται λέγοντα ὧδε

Νῆα μέλαιναν ἱδρύσατο τῇδ' Ἀγαμέμνων,
Ἑλλήνων στρατιῆς σῆμα πλοϊζομένης.

καὶ ἐν ἀρχῇ ἔχει „Τύννιχος ἐποίει Ἀρτέμιδι Βολοσίᾳ.“ οὕτω
V 223 γὰρ τὴν Εἰλείθυιαν ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις ἐκάλουν, ἐπεὶ καὶ βολὰς τὰς ὠδῖνας ὠνόμαζον. ἐμοὶ δὲ αὖθις ὅθενπερ ἐξέβην ἰτέον.

Ἐπειδὴ ἐς τὴν Κέρκυραν οὗτος ὁ Γότθων στόλος ἀφίκετο, αὐτήν τε ἦγον καὶ ἔφερον ἐξ ἐπιδρομῆς καὶ ὅσαι ἄλλαι αὐτῇ νῆσοι ἐπίκεινται, αἳ Συβόται καλοῦνται· διαβάντες δὲ καὶ ἐς τὴν ἤπειρον ἐξαπιναίως ἅπαντα ἐληΐζοντο τὰ ἀμφὶ Δωδώνην χωρία

4. Κασώπη] Κασιώπη Scaliger. ibid. τοῦτον δὲ — ἐμοὶ δὲ αὖθις om. L. 6. Γεραιστῷ] Scribebatur Γερεστῷ. 15. ἐν ἀρχῇ PHm. ἐν ἀρχῆς H. ibid. Τύννιχος Welcker. Syll. epigr. p. 226. Vulgo Τήνιχος. ibid. Βολοσίᾳ] Βολωσίᾳ Etym. M. p. 205, 25. 17. ὠνόμαζον Etym. M. Legebatur ἐνόμιζον. 20. Συβόται] συμβόντα Reg. σύνται H. ibid. ἐς] εἰς L.

ab institore quodam, et Iovi Casio consecratum. Quippe Iovem Casium illius orae incolae quondam venerebantur; ex quo nomen etiamnum manet urbi Cassiopae, ubi stat ea navis. Similiter ex multis lapidibus compacta est illa, quam Atrei filius Agamemnon Geraesti in Euboea Dianae dicavit, expiare pergens factam ipsi iniuriam: quo tempore Diana, placata casu Iphigeniae, liberam Graecis navigationem concessit. Rem declarat inscriptio huic navi vel tunc vel postea insculpta, constansque hexametro, cuius partem maximam vetustas delevit: duo primi versus adhuc extant in haec verba: *Navem nigram posuit hic Agamemnon Monumentum navigantis Graecorum exercitus.* Quibus ista praefixa sunt: *Tenichus faciebat Dianae Bolosiae.* Sic olim appellabant Lucinam: eo quod dolores partus βολάς, sive Deae iactus, esse ducerent. Sed unde sum digressus, eo nunc redeundum.

Gotthi, appulsa in Corcyram classe, eam cursim caeterasque omnes insulas adiacentes, quas appellant Sybotas, vastarunt, transvectique in

καὶ διαφερόντως Νικόπολίν τε καὶ Ἄγχισον, οὗ δὴ Ἀγχίσην, τὸν Αἰνείου πατέρα, ἐξ Ἰλίου ἁλούσης ξὺν τῷ παιδὶ πλέοντά φασιν οἱ ἐπιχώριοι ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθῆναι καὶ τὴν ἐπωνυμίαν τῷ χωρίῳ δοῦναι. περιιόντες δὲ τὴν παραλίαν ὅλην καὶ ναυσὶν Ἑλλήνων ἐντυχόντες πολλαῖς αὐτοῖς φορτίοις ἁπάσας εἷλον. ἐν ταῖς εἶναι ξυνέβη καὶ τῶν νηῶν τινας, αἳ τῇ Ναρσοῦ στρατιᾷ ἐκ τῆς Ἑλλάδος τὰ ἐπιτήδεια ἔφερον. ταῦτα μὲν οὖν τῇδε ξυνηνέχθη γενέσθαι. D

κγ΄. Τωτίλας δὲ πολλῷ πρότερον Γότθων στράτευμα ἐς P 630 Πικηνοὺς ἐτύγχανε πέμψας, ἐφ' ᾧ δὴ τὸν Ἀγκῶνα ἐξελοῦσιν· οἷς δὴ ἄρχοντας τοὺς ἐν Γότθοις ἅπασι δοκιμωτάτους ἐπέστησε, Σκιπουάρ τε καὶ Γίβλαν καὶ Γουνδοῦλφ, ὅσπερ Βελισαρίου δορυφόρος ἐγεγόνει ποτέ. τινὲς δὲ αὐτὸν Ἰνδοῦλφ ἐκάλουν. οἷς δὴ καὶ πλοῖα μακρὰ ἑπτὰ καὶ τεσσαράκοντα ἔδωκεν, ὅπως τὸ φρούριον κατὰ γῆν τε καὶ θάλασσαν πολιορκοῦντες ῥᾷόν τε καὶ ἀπονώτερον τὴν αὐτοῦ ἐπικράτειαν θήσονται. χρόνου δὲ ταύτῃ B τῇ προσεδρείᾳ τριβέντος συχνοῦ, ξυνέβαινε τοὺς πολιορκουμένους τῇ τῶν ἀναγκαίων ἀπορίᾳ πιέζεσθαι. ἅπερ ἐπεὶ Βαλεριανὸς ἔμαθεν, ἐπὶ Ῥαβέννης διατριβὴν ἔχων, ἀμύνειν τε κατὰ μόνας τοῖς ἐν τῷ Ἀγκῶνι Ῥωμαίοις οὐχ οἷός τε ὤν, πέμψας πρὸς Ἰωάννην τὸν Βιταλιανοῦ ἀδελφιδοῦν ἐπὶ Σαλώνων ὄντα ἔγραψε τάδε „Ὅτι μόνος ἡμῖν ὁ Ἀγκὼν τοῦ κόλπου ἐντὸς ἀπολέλειπται,

1. Ἄγχισον] ἀγχίαλον HL. 2. πλέοντα] πλέοντας L. 4. ναυσὶ ῥωμαίων Reg. 6. ταῖς] αἷς Reg. 9. τουτίλλας L. 10. πικηνοὺς Hm. Πικήνους P. πιγκινοὺς H. 12. Γίβλαν] γίβαλ Reg. ibid. Γουνδοῦλφ] γουνδοὺλ H. σουνδοὺλ L. 13. Ἰνδοῦλφ] ἰνδοὺλ HL. 16. αὐτοῦ] ἑαυτοῦ L. 17. συνέβαινε L. 22. μόνος ὁ ἀγκὼν ἡμῖν L. ibid. ἐντὸς] τοῦ ἐντὸς L.

continentem, circumiecta Dodonae loca populati sunt subita vi, quam praecipue senserunt Nicopolis et Anchisus; ubi Anchisen Aeneae patrem, capto ex Ilio cum filio navigantem, vivere desiisse, et loco dedisse nomen indigenae memorant. Oram omnem maritimam legentes, in Graecorum naves inciderunt non paucas, et omnes cum oneribus ceperunt. In eo fuere numero naves aliquot, quae cibaria Narsetis copiis e Graecia advehebant. Haec ibi ita se habuerunt.

23. Iam multo ante Totilas in Picentes Gotthorum exercitum miserat, Anconam expugnare iussum, eique Duces praefecerat Gotthorum omnium spectatissimos, Scipuarem, Giblam atque Gundulphum, sive, ut quidam appellabant, Indulfum, qui olim Protector fuerat Belisarii. Hi naves etiam longas XLVII. a Totila acceperant, ut castellum terra marique obsessum, eo facilius ac minori negotio caperent. Iam longe obsidio protracta fuerat, cum ea cinctos urgere coepit cibariorum penuria. Qua de re certior factus Valerianus, qui Ravennae tunc mora-

καὶ αὐτὸς οἶσθα, εἴπερ ἔτι μὴν ἀπολέλειπται. οὕτω γὰρ τοῖς
ἐκ τούτῳ Ῥωμαίοις πικρότατα πολιορκουμένοις τὰ πράγματα ἔχει
C ὥστε δέδοικα μὴ βοηθοῦντες ἔξωροι ὦμεν, ὀπίσω τοῦ καιροῦ
τὴν σπουδὴν ἔχοντες, ἕωλόν τε τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ προθυμίαν
ποιούμενοι. ἀλλὰ παύσομαι. ἡ γὰρ τῶν πολιορκουμένων ἀνάγ-
κη μακροτέραν τὴν ἐπιστολὴν οὐκ ἐᾷ γίνεσθαι τὸν χρόνον ἐφ᾽
ἑαυτὴν ἀκριβῶς σφίγγουσα καὶ ὁ κίνδυνος ὀξυτέραν τοῦ λόγου
τὴν ἐπικουρίαν ζητῶν.“ ταύτην Ἰωάννης ἀναλεξάμενος τὴν
ἐπιστολὴν, καίπερ αὐτῷ πρὸς βασιλέως ἀπορρηθὲν, αὐτοκέλευ-
στος ἐτόλμα ἰέναι, τῶν οἱ πρὸς αὐτοκράτορος ἐπηγγελμένων
D προὐργιαιτέραν τὴν ἀπὸ τῆς τύχης στενοχωρίαν πεποιημένος.
ἄνδρας τε ἀπολεξάμενος, οὓς πάντων μάλιστα ἀγαθοὺς τὰ πο-
λέμια ᾤετο εἶναι, καὶ αὐτῶν ὀκτὼ καὶ τριάκοντα πλοῖα μακρὰ
ἐμπλησάμενος πλέοντά τε ὡς τάχιστα καὶ πρὸς πόλεμον τὸν ἐν
θαλάσσῃ ὡς ἄριστα πεποιημένα, ἔνιά τε αὐτοῖς τῶν ἐπιτηδείων
ἐνθέμενος, ἄρας ἐκ Σαλώνων τῷ Σκαρδῶνι προσέσχε. οὗ δὴ
καὶ Βαλεριανὸς ξὺν ναυσὶ δώδεκα οὐκ ἐς μακρὰν ἦλθεν.

Ἐπειδὴ δὲ ἀλλήλοις ξυνέμιξαν, κοινολογησάμενοί τε καὶ τὰ σφίσι ξύμφορα δόξαντα εἶναι βεβουλευμένοι, ἐνθένδε μὲν

1. καὶ] Legebatur ὡς. ibid. μὴν] δὴν HL. ibid. γὰρ] γοῦν H. τοὺς ἐν τῷ ῥωμαίους — πολιορκουμένους L a pr. m. 3. βοηθοῦντες] φοβηθέντες L. ibid. ὀπίσω] ἐπίσου L. 4. ἕωλον — ζητῶν om. L. 9. αὐτοκέλευτος L. 12. μάλιστα πάντων L. 16. „Σκαρδῶνι] στόλῳ Reg. Fortasse legendum Πόλῃ, cuius est supra facta mentio p. 488 b.“ Malt. ἀγκῶνι H. 19. βεβουλημένοι L.

batur, cum opem Romanis, qui Anconae erant, afferre per se solus non posset, ad Ioannem Vitaliani nepotem, Salonis agentem, litteras misit in hanc sententiam scriptas. *Scis ipse citra sinum Ionium nihil nobis reliquum esse praeter Anconam; si tamen haec adhuc restat. Romanorum enim, qui illic arctissime obsidentur, res eo loci deductae sunt, ut verear, ne intempestivum afferamus auxilium, et collata serius opera studium frustretur nostrum. Hic desino: longiorem enim epistolam scribere vetat obsessorum necessitas, sibi tempus totum arripiens, et periculum opem postulans dicto promptiorem.* Ioannes, lecta hac epistola, sponte sua, contra quam Imperator vetuerat, proficisci non dubitavit; angustiarum, in quas fortuna rem adduxisset, habendam potius rationem ducens, quam mandatorum Principis. Virorum delectu habito, quos omnium bellicosissimos iudicabat, his naves longas implevit xxxviii. expeditissimas, et ad proelium maritimum optime factas: cumque nonnihil annonae in eas imposuisset, Salonis profectus, Scardonem appulit: quo Valerianus cum navibus xii. paulo post venit.

Postquam vires iunxere, colloquio inter se inito, quid opus facto esset deliberarunt. Inde digressi, ad continentis adversae oppidum ap-

ἀποπλέουσιν, ἐς δὲ ἤπειρον τὴν ἀντιπέρας κατάραντες ἐς χωρίον P 631
ὁρμίζονται, ὃ δὴ Σενογαλλίαν Ῥωμαῖοι καλοῦσι, τοῦ Ἀγκῶνος οὐ πολλῷ ἄποθεν. ὅπερ ἐπεὶ οἱ Γότθων στρατηγοὶ ἔμαθον, πλοῖα μακρὰ καὶ αὐτοὶ τὰ σφίσι παρόντα, ἑπτὰ καὶ τεσσαράκοντα ὄντα, Γότθων τῶν λογίμων αὐτίκα ἐπλήρουν. τὸ δὲ ἄλλο στράτευμα ἐπὶ τῇ προσεδρείᾳ τοῦ φρουρίου ἀπολιπόντες V 224
εὐθὺ τῶν πολεμίων ἐχώρουν. ἡγεῖτο δὲ τῶν μὲν ἐπὶ τῇ πολιορκίᾳ μεμενηκότων ὁ Σκιπούαρ, τῶν δὲ δὴ ἐν ταῖς ναυσὶν ὄντων Γίβλας τε καὶ Ἰνδούλφ. ἐπειδή τε ἄγχιστα ἀλλήλων ἐγένοντο, τάς τε ναῦς ἑκάτεροι ἀνεκώχευον καὶ ξυναγαγόντες αὐτὰς ἐς ὀλίγον παραίνεσιν ἐς τοὺς στρατιώτας ἐποιοῦντό τινα. πρῶτοί τε Ἰωάννης καὶ Βαλεριανὸς ἔλεξαν τοιάδε „Μηδεὶς ὑμῶν, ὦ B
ξυστρατιῶται, ὑπὲρ τοῦ Ἀγκῶνος τούτου μόνου καὶ τῶν ἐν αὐτῷ πολιορκουμένων Ῥωμαίων ἀγωνιεῖσθαι τανῦν οἰέσθω, μηδὲ ἄχρι τοῦδε ἀποκριθήσεσθαι ἡμῖν τὰ τῆς ξυμβολῆς τῆσδε, H 356
ἀλλὰ ξύμπαν, ὡς ξυνελόντας εἰπεῖν, τὸ τοῦ πολέμου κεφάλαιον ἐνταῦθα ἑστάναι, ἔνθα τε ἂν ἀποκλῖναι ξυμβαίη τὴν μάχην, ξυγκυροῦσθαι αὐτῇ καὶ τῆς τύχης τὸ πέρας. οὑτωσὶ γὰρ περὶ τῶν παρόντων σκοπεῖσθε· πολλή τις ἐπὶ ταῖς δαπάναις ἀπόκειται τοῦ πολέμου ῥοπή, τούς τε τῶν ἐπιτηδείων σπανίζοντας ἡττᾶσθαι τῶν πολεμίων ἐπάναγκες. λιμῷ γὰρ οὐκ οἶδεν ἡ ἀρετὴ ξυνοικίζεσθαι, πεινῆν τε καὶ ἀνδραγαθίζεσθαι οὐκ ἀνεχομένης

2. ὃ δὴ Σενογαλλίαν P cum Scaligero. ὃ δρηοὸν οἱ ἐκ γαλίας H. 9. Γίβλας] γιβάλ L. ibid. Ἰνδούλφ] ἰλδούφ H. γουνδούλφ L. 11. πρῶτοι] πρῶτον Reg. 13. μόνου τούτου L. 14. τανῦν] τονῦν H: illud Hm 15. τὰ τῆς ξυμβολῆς τῆσδε] τὴν ξυμβολὴν τήνδε Reg. 16. συνελόντας L. 18. ξυγκυροῦσθαι Reg. συγκυροῦσθαι L. ξυγκληροῦσθαι P. 19. παρόντων σκοπεῖται ἡ τοῦ πολέμου ῥοπὴ H. ibid. σκοπεῖσθε Reg. σκοπεῖτε P.

plicant, quod a Romanis dicitur Senogallia, nec procul Ancona distat. Gotthorum Duces, eorum adventu cognito, mox naves et ipsi longas, quae praesto erant, numero XLVII. Gotthorum flore complent, caeterisque copiis ad castelli obsidionem relictis, ad hostem recta tendunt. Eorum, qui ad obsidionem remanserant, dux erat Scipuar: navigantium, Giblas atque Indulphus Cum ad se invicem accessissent, utrique navium cursu inhibito, et coacta classe, concionem ad milites habuerunt: ac priores sic orsi sunt Ioannes et Valerianus. *Nemo vestrum, Commilitones, pro Ancona solum et obsessis ibi Romanis dimicaturum se modo putet, eoque duntaxat spectare hoc proelium; sed ut omnia uno verbo complectamur, belli summam in illo positam esse, et ad quos pugnae victoria inclinaverit, eos pariter fortunae metam assecuturos. Hanc enim de re praesenti cogitationem suscipite. Ad bellum gerendum momenti plurimum habet sumptuum copia, et qui penuria victus laborant,*

τῆς φύσεως. τούτων δὲ τοιούτων ὄντων ἄλλο μὲν οὐδὲν ὀχύ- C *ρωμα ἡμῖν ἐκ τοῦ Δρυοῦντος ἐς Ῥάβενναν ἀπολέλειπται, ὅπη ἂν τὰ ἐδώδιμα ἡμῖν τε καὶ ἵπποις ἡμετέροις ἀποκεῖσθαι δεήσει, οὕτω τε οἱ πολέμιοι κρατοῦσι τῆς χώρας ὥστε φίλιον οὐδὲν μεμένηκεν ἡμῖν ἐνταῦθα χωρίον, ὅθεν ἂν καὶ κατὰ βραχύ τῶν τι ἐπιτηδείων ἐκπορίζεσθαι χρή. ἐς δὲ τὸν Ἀγκῶνα ἡμῖν ἡ προσδοκία μεμένηκε πᾶσα, τοῦ καὶ τοῖς ἐξ ἠπείρου τῆς ἀντιπέρας καταίρουσιν ἐνταῦθα προσχεῖν δυνατοῖς εἶναι καὶ ἀσφάλειαν ἔχειν. οὐκοῦν εὐημερήσαντες ἐν τῇ ξυμβολῇ σήμερον καὶ βασιλεῖ τὸν Ἀγκῶνα, ὡς τὸ εἰκὸς, κρατυνάμενοι τάχα ἂν καὶ τἄλλα τοῦ πρὸς Γότθους πολέμου ἐν ἐλπίσιν ἀγαθαῖς τὸ λοιπὸν ἕξομεν.* D *σφαλέντες δὲ ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ, ἄλλο μέντοι πικρὸν οὐκ ἂν εἴποιμεν, ἀλλὰ δοίη τὴν Ἰταλίας ἐπικράτησιν ὁ θεὸς Ῥωμαίοις διηνεκῆ εἶναι. κἀκεῖνο δὲ ὑμῖν λογίζεσθαι ἄξιον, ὡς κακοῖς ἐν τῷ ἔργῳ γινομένοις ὑμῖν οὐδὲ ἀποφεύγειν ἐξόν. οὔτε γὰρ τὴν γῆν ἕξετε πρὸς τῶν ἐναντίων κατειλημμένην οὔτε τὴν θάλασσαν πλώιμον, οὕτω θαλασσοκρατούντων τῶν πολεμίων, ἀλλὰ περιέστηκεν ὑμῖν ἡ τῆς σωτηρίας ἐλπὶς ἐν ταῖς χερσὶν οὖσα καὶ ξυμμεταβαλλομένη τοῖς κατὰ τὴν ἀγώνισιν ἔργοις. ἀνδραγαθίζεσθε τοίνυν ὅση δύναμις, τοῦτο ἐκεῖνο ἐκλογιζόμενοι, ὡς ἡσσηθέντες μὲν ἐν τῷ παρόντι τὴν ὑστάτην ἧτταν κληρώσεσθε, νε-*

1. οὐδὲν om. L. 3. τοῖς ἵπποις P. τοῖς om. L. *ibid.* ἵπποις om. H: habet Hm. 7. τοῦ] ὅπου L. 8. καὶ ἀσφάλειαν] ἐν ἀσφαλεῖ L. 9. ἔχειν] ἔχει L corr. *ibid.* σήμερον] τήμερον L. 10. κρατυνόμενοι L. *ibid.* τὰ ἄλλα L. 13. ῥωμαίων διηνεκὲς L. 14 κἀκεῖνο λογίζεσθαι ἡμῖν L. *ibid.* ὑμῖν] ἡμῖν L. 15. ὑμῖν] ἡμῖν L. 21. κληρωθήσεσθε Reg.

ab hoste vincantur necesse est. Neque enim contubernales sunt fames ac vis bellica; non sinente natura, ut vir exhaustus inedia se fortem praebeat. Haec ita se habent: nos vero ab Hydrunte ad Ravennam nullum alium iam reliquum habemus munitum locum, ubi reponendi sint nobis equisque nostris commeatus; itaque hostis in ditione sua has oras tenet, ut ne vicus quidem supersit amicus nobis, unde rei cibariae aliquantulum suppetat. Sustinet Ancona quidquid est spei, fore ut, ex opposita continente delati, possimus huc applicare et in tutum recipi. Quare si nobis hodierna pugna feliciter cesserit, Ancona sub Augusti imperio, ut par est, stabilita, non temere posthac sperabimus plenam victoriam belli Gotthici. Sin victi discesserimus ex hoc certamine, hoc tantum (ne quid praeterea dicamus gravius) faxit Deus, dominatu Italiae non careant aeternum Romani. Id quoque reputare convenit, re segniter gesta, nullum fore vobis effugium. Nam nec viam terra praebebit, ab hostibus occupata, nec navigabile erit mare, in quo iidem sic dominantur. In manibus residet salutis spes, secutura vices rerum, quae edentur in proelio. Ergo quantum in vobis est animi viriumque, expromite; et cogi-

νικηκότες δὲ μετὰ τῶν ἄγαν εὐδαιμόνων ξὺν τῇ εὐκλείᾳ τετάξεσθε.“

Ἰωάννης μὲν καὶ Βαλεριανὸς τοσαῦτα εἶπον. καὶ οἱ Γότθων δὲ ἄρχοντες τοιάνδε τὴν παράκλησιν ἐποιήσαντο „Ἐπειδὴ πάσης ἀπεληλαμένοι τῆς Ἰταλίας καὶ πολύν τινα χρόνον οὐκ ἴσμεν ἐν ὁποίοις ποτὲ μυχοῖς ἦσαν οἱ κατάρατοι γῆς ἢ τῆς θαλάσσης διαλαθόντες, τανῦν ἡμῖν τετολμήκασιν ἐς χεῖρας ἰέναι, καὶ ὡς ἀναμαχόμενοι ἐφ' ἡμᾶς ἥκουσιν, ἐπάναγκες αὐτοῖς τὸ ἐκ τῆς ἀβουλίας ἐγγενόμενον θράσος ἀναχαιτίζειν προθυμίᾳ τῇ πάσῃ, ὡς μὴ ἐνδιδόντων ἡμῶν τὰ τῆς ἀπονοίας αὐτοῖς ἐς μέγα χωροίη. ἀμαθία γὰρ οὐ κατ' ἀρχὰς ἀναστελλομένη ἀναβαίνει μὲν ἐπ' ἄπειρον τόλμαν, ἐς ἀνηκέστους δὲ τῶν παραπιπτόντων τελευτᾷ ξυμφοράς. δείξατε τοίνυν αὐτοῖς ὅτι τάχιστα ὡς Γραικοί τε εἰσι καὶ ἄνανδροι φύσει καὶ ἡσσημένοι θρασύνονται, μηδὲ ξυγ- B χωρήσητε τὴν διάπειραν αὐτοῖς πρόσω ἰέναι. ἀνανδρία γὰρ καταφρονηθεῖσα ἐπὶ παρρησίαν ἐξάγεται μείζω, ἐπεὶ τῷ προϊέναι τὸ θράσος ἄοκνον γίνεται. ἐπὶ πολὺ δὲ ἀνθέξειν αὐτοὺς ἀνδραγαθιζομένοις ὑμῖν μηδαμῶς οἴεσθε. φρόνημα γὰρ τῇ δυνάμει τῶν αὐτῷ χρωμένων μὴ ξυμμετρούμενον πρὸ μὲν τοῦ ἔργου ἐπαιρόμενον ἐν ἀκμῇ φαίνεται, ἀρξαμένης δὲ τῆς ξυμβολῆς καταρρεῖν εἴωθεν. ὅτε τοίνυν ταῦτα οὕτως ἔχει, ἀναμνήσθητε μὲν ὅντινα τρόπον οἱ πολέμιοι πολλάκις ἀποπειρασάμενοι τῆς

(P 632 in margin at line "καὶ οἱ Γότ-")

6. ἦσαν] οἶδε (sic) L. ibid. γῆς] τῆς γῆς L. 8. ἀναμαχούμενοι L. ibid. ἥκουσιν L. ἥκασιν P. 13. συμφοράς L. 17. θράσος] θάρσος L. 19. συμμετρούμενον L.

tate, si cladem iam accipietis, eam ultimam fore; sin victoriam refere- tis, eximiam vos felicitatem et gloriam adepturos.

Haec Ioannes et Valerianus. Gotthorum vero Duces hortatione hac usi sunt. *Quandoquidem scelesti illi, qui ex omni Italia pulsi, et in maris terraeve ignotos nobis recessus contrusi, perdiu latuerant, iam audent nobiscum conferre manum, seque certamini offerunt; inconsultam eorum audaciam omni ope reprimamus necesse est; ne ipsorum temeritas indulgentia nostra plurimum crescat. Nam nisi praeceps insolentia principio coerceatur, in audaciam infinitam evadit, neque alium habet exitum, quam eorum, in quos incurrit, extremam calamitatem. Quamprimum igitur efficite, ut noverint se esse Graeculos, natura effeminatos, qui victi ferociant; nec sinite conatum ipsorum longius progredi. Siquidem ignavia, cui per negligentiam parcitur, in maiorem licentiam erumpit, et insolens confidentia processu ipso evadit impigra. Nec diu restituros vobis animose certantibus existimate. Spiritus enim, cui vires eorum, in quibus inest, parum respondent, elatus quidem ante, quam res geratur, speciem vigoris promit; inito autem conflictu, dilabi solet. Quae cum ita sint, tenete memoria, uti hostes damno saepe suo virtu-*

*ἀρετῆς τῆς ὑμετέρας ἀπήλλαξαν, ἐκλογίζεσθε δὲ ὡς οὐκ ἀμεί-
νους ἐκ τοῦ αἰφνιδίου γεγενημένοι ἐφ' ἡμᾶς ὥρμηνται, ἀλλὰ τὰ
C παραπλήσια τοῖς προλαβοῦσι τετολμηκότες, τὴν ὁμοίαν καὶ νῦν
κληρώσονται τύχην."*

V 225 *Τοσαῦτα καὶ οἱ τῶν Γότθων ἄρχοντες παρακελευσάμενοι
καὶ τοῖς πολεμίοις ὑπαντιάσαντες μελλήσει οὐδεμιᾷ ἐς χεῖρας ἦλ-
θον. ἦν δὲ ἡ ναυμαχία ἐς ἄγαν ἰσχυρὰ, πεζομαχίᾳ ἐμφερὴς
οὖσα. τάς τε γὰρ ναῦς μετωπηδὸν ἀντιπρώρους ταῖς τῶν ἐναν-
τίων ἑκάτεροι στήσαντες τὰ τοξεύματα ἐς ἀλλήλους ἀφίεσαν, καὶ
αὐτῶν ὅσοι ἀρετῆς τι μετεποιοῦντο, ἄγχιστά πη ἀλλήλων γινό-
μενοι ἐν χρῷ τε ξυνιόντες ἀπὸ τῶν καταστρωμάτων ξυνέμισγον,
ξίφεσί τε καὶ δόρασιν, ὥσπερ ἐν πεδίῳ, μαχόμενοι. καὶ τὰ προοί-
μια τοῦ ἀγῶνος τοῦδε τοιαῦτα ἐγεγόνει. ὕστερον δὲ οἱ βάρβα-
ροι ἀπειρίᾳ τοῦ ναυμαχεῖν ξὺν πολλῇ ἀταξίᾳ τὴν ξυμβολὴν τήνδε
D διέφερον· οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν οὕτως ἀπ' ἀλλήλων διίσταντο ὥστε
διδόναι τοῖς πολεμίοις αὐτοὺς κατὰ μόνας ἐμβάλλειν, οἱ δὲ συ-
χνοὶ ἐς ταὐτὸ ξυνιόντες πρὸς ἀλλήλων ἀεὶ τῇ τῶν πλοίων στενο-
H 357 χωρίᾳ ξυνεποδίζοντο. εἴκασεν ἄν τις φορμηδὸν αὐτοῖς τὰ τῶν
πλοίων ἰκρία ξυγκεῖσθαι. καὶ οἱ δὲ τοξεύειν ἐς τῶν ἐναντίων
τοὺς διεστῶτας ἐδύναντο, ὅτι μὴ ὀψέ τε καὶ μόλις, οἱ δὲ ξίφε-
σιν ἢ δόρασι χρῆσθαι, ἡνίκα ἂν σφίσιν ἐγκειμένους αὐτοὺς ἴδοιεν,*

1. ὑμετέρας] ἡμετέρας L. 2. ἡμᾶς] ὑμᾶς L. 5. παρακελευσάμενοι om. L. 7. ἦν δὲ] ἦν τε L. *ibid.* πεζομαχίᾳ ἐμφερὴς PHm. πεζομαχίας ἰσχυροτέρα H. 10. αὐτῶν] αὐτὸν L. 11. χρῷ τε] τε om. L. 12. καὶ τὰ] τὰ μὲν L. 14. ἀπειρίᾳ] ἀπορίᾳ Reg. 15. διέφερον] ἔφερον L: illud Lm. *ibid.* αὐτῶν οὕτως] αὐτῷ τούτῳ H. 16. ἐμβάλλειν] ἐκβάλλειν Reg. 20. ἐδύναντο] ἠδύναντο L.

tem experti vestram abcesserint; et pro certo habete eos non auctos repente maiori animo huc venisse; at simile praeteritis hoc eorum ausum, pari iam exitu mulctatum iri.

Ita suos hortati classis Gotthicae Ductores, occurrunt hosti, nullaque interposita mora congrediuntur. Erat navale certamen acerrimum, ac pedestri simile. Nam utrique, adversis inter se proris ac frontibus stantes, sese invicem sagittis petebant. Animosissimi quique cominus e foris miscebant proelium; et collato pede, non secus atque in campo, ensibus atque hastis pugnabant. Principium hoc certaminis fuit. Deinde Barbari, cum essent naumachiae rudes, incompositissime dimicarunt. Nam alii tanto intervallo distabant inter se, ut singulos seorsum invadere liceret hosti: rursus alii conferti, in spatium iniquius redactis navibus, mutuo sibi erant impedimento. Dixisses tegetum instar compactos intextosque navium malos. Nec nisi aegre tardeque admodum in hostes dissitos sagittas expedire Barbari, nec gladiis hastisve uti poterant,

ἀλλὰ κραυγῇ τε καὶ ὠθισμῷ ἐν σφίσιν αὐτοῖς διηνεκῶς εἴχοντο, ξυγκρούοντές τε ἀεὶ ἐς ἀλλήλους καὶ τοῖς κοντοῖς αὖθις διωθούμενοι οὐδενὶ κόσμῳ, καὶ πῇ μὲν ξυμφύροντες τῇ στενοχωρίᾳ τὸ μέτωπον, πῇ δὲ ἀποφοιτῶντες πολλῷ ἄποθεν ἐπὶ πονηρῷ τῷ P 633
σφετέρῳ ἑκάτεροι. τάς τε παρακελεύσεις αὐτῶν ἕκαστος ἐς τοὺς ἄγχιστα ὄντας ξὺν ὀλολυγῇ πολλῇ ἐποιοῦντο, οὐκ ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ἀλλ' ὅπως τὰς διαστάσεις αὐτοὶ ἀπ' ἀλλήλων ἐργάζωνται. ἠσχολημένοι τε τῇ ἐς ἀλλήλους ἀμηχανίᾳ τῆς κατὰ σφῶν νίκης αἰτιώτατοι τοῖς πολεμίοις ἐγίνοντο. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ἀνδρείως μὲν τὰ ἐς τὴν ξυμβολὴν, ἐμπείρως δὲ τὰ ἐς τὴν ναυμαχίαν διαχειρίζοντες, τά τε πλοῖα μετωπηδὸν στήσαντες, καὶ οὔτε κατὰ πολὺ διεστῶτες ἀλλήλων οὔτε μὴν ἄγχιστα ξυνιόντες περαιτέρω τῆς χρείας, ἀλλὰ ξυμμέτρους ἀεὶ τάς τε ξυνόδους καὶ διαστάσεις ποιούμενοι, ἣν μὲν ναῦν πολεμίαν ἀποσκεδαννυμένην τῶν ἄλλων B
ἐθεῶντο, κατέδυον ἐμβάλλοντες οὐδενὶ πόνῳ, εἰ δέ που ξύγχυσιν ἐς τῶν πολεμίων τινὰς ἴδοιεν, ἐνταῦθα τά τε τοξεύματα συχνὰ ἔπεμπον καὶ ἡνίκα σφίσιν ἐπιπέσοιεν, ἀτάκτοις οὖσι καὶ ξυντριβεῖσι γεγενημένοις τῷ τῆς ἀταξίας καμάτῳ ἐκ χειρὸς αὐτοὺς διεχρῶντο. ἀπειρηκότες οὖν οἱ βάρβαροι πρός τε τὰ τῆς τύχης ἐναντιώματα καὶ τὰς κατὰ τὴν μάχην ἁμαρτάδας ξυμπεπτωκυίας, οὐκ εἶχον καθ' ὅ τι μαχέσονται, οὐδὲ ναυμαχοῦντες, οὐ μέντοι οὐδὲ καθάπερ ἐν πεζομαχίᾳ ἐπὶ τῶν καταστρωμάτων ἑστῶ-

2. τοῖς κοντοῖς] τοὺς κοντοὺς L: illud Lm. 3. ξυμφέροντες L. 4. πονηρῷ] πονήρῳ P. 5. ἑκάτεροι L. ἑκατέρῳ P. ἑκάτερα H. 7. αὐτοὶ] αὐτοῖς L. 13. συμμέτρους L. ibid. συνόδους L. 16. τά τε L. Aberat τά. 18. συντριβέσι L. 21. μαχέσονται] μαχήσονται Reg.

cum propius instantes cernerent: sed vociferantes trudebant usque alteros alteri, collidentes se invicem, et contis repellentes perturbatissime: modo in arctum cogebant frontem, modo huc illucque procul discedebant cum detrimento. Singuli vicinos magno eiulatu cohortabantur, non utique in hostem, verum ut aptis spatiis abiungerentur. Denique mutua districti imperitia, hostibus suis praecipuam victoriae causam praebuerunt. At Romani, cum et arma viriliter, et artem naumachiariam scite tractarent, navium proris obversis hosti, nec longius distracti, nec propius quam opus erat coeuntes, verum idoneis intervallis iam colligentes navigia, iam diducentes, si quam hostium navim avulsam a caeteris cernerent, facto impetu facile submergebant. Sicubi confusos viderent Barbaros, eo sagittarum nimbum mittebant: propiusque adorti inordinatos ac perturbatione laborantes, cominus interimebant. Adversa fortuna, et iis, quae pugnando deliquerant, fracti Barbari, nesciebant quo pacto proelium sustinerent. Non iam naumachiam edebant; non stabant in foris tanquam si terra pugnarent; sed dimisso certamine, in periculo

τες, ἀλλὰ ῥίψαντες τὴν ἀγώνισιν ἐπικινδύνως ἠτρέμιζον, ἐπὶ τῇ τύχῃ καταλιπόντες. διὸ δὴ ἐς ὑπαγωγὴν οἱ Γότθοι αἰσχρὰν
C ξὺν πολλῇ ἀκοσμίᾳ ἐτράποντο, καὶ οὔτε ἀλκῆς οὔτε φυγῆς τινος εὐπρεποῦς οὔτε του μεμνημένοι ἄλλου μεταξὺ πλοίων τῶν πολεμίων ὡς τὰ πολλὰ σκεδαννύμενοι διηποροῦντο. καὶ αὐτῶν τινες ναυσὶν ἕνδεκα διέφυγόν τε καὶ διαλαθόντες ἐσώθησαν, οἱ δὲ λοιποὶ ἅπαντες ὑπὸ τοῖς πολεμίοις ἐγένοντο. ὧν δὴ Ῥωμαῖοι πολλοὺς μὲν αὐτοχειρὶ διέφθειραν, πολλοὺς δὲ αὐταῖς ναυσὶ καταδύοντες ἔκτεινον· τῶν δὲ στρατηγῶν Ἰνδούλφ μὲν ξὺν ταῖς ἕνδεκα ναυσὶ διαλαθὼν ἔφυγε, τὸν δὲ δὴ ἕτερον ἐζώγρησαν Ῥωμαῖοι. κἄπειτα οἱ ἐν ταῖς ἕνδεκα ναυσὶν ἐς τὴν γῆν ἀποβάντες τὰ μὲν πλοῖα εὐθὺς ἔκαυσαν, ὡς μὴ ὑπὸ τῶν πολεμίων ταῖς χερσὶ γένωνται, αὐτοὶ δὲ πεζῇ ἐς τὸ στρατόπεδον ἐκομίσθησαν,
D ὃ τοὺς ἐν Ἀγκῶνι ἐπολιόρκει. φράσαντές τε αὐτοῖς τὰ ξυμπεσόντα εὐθυωρὸν ξὺν αὐτοῖς τὴν ἀναχώρησιν ἐποιήσαντο, τὸ στρατόπεδον τοῖς πολεμίοις ἀπολιπόντες, καὶ δρόμῳ τε καὶ θορύβῳ πολλῷ ἐς Αὔξιμον πόλιν ἐγγύς πη οὖσαν ἀνέδραμον. Ῥωμαῖοι δὲ ἀφικόμενοι ἐς τὸν Ἀγκῶνα οὐ πολλῷ ὕστερον τό τε στρατόπεδον τῶν πολεμίων ἀνδρῶν ὡς ἔρημον αἱροῦσι καὶ τὰ ἐπιτήδεια τοῖς ἐν τῷ φρουρίῳ ἐσκομίσαντες ἀπέπλευσαν ἐνθένδε. καὶ Βαλεριανὸς μὲν ἐπὶ Ῥαβέννης ἐχώρησεν, Ἰωάννης δὲ ἐς Σάλω-

2. καταλιπόντες Reg. καταφυγόντες P. 3. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδὲ P. 4. μεμνημένοι om. L. 6. τε om. L. ibid. διαλαβόντες HL. 8. πολλοὺς μὲν αὐτοχειρὶ ῥωμαῖοι διέφθειραν L: unde διέφθειραν sumpsi pro vulgato διέφθειρον. ibid. αὐτοχειρὶ] αὐτοχειρίᾳ H. 9. Ἰνδούλφ] ἰλδοὺφ H. γουνδοὺλ L. 10. διαλαθὼν] λαθὼν L. ibid. τοὺς δὲ δὴ ἑτέρους Reg. 11. κἄπειτα] καὶ ἔπειτα L. 13. πεζῇ] πεζοὶ Reg. 14. ὃ] ᾗ L. ibid. ἐπολιόρκει] ἐπολιόρκουν L.

torpebant, fortunae fidei se committentes. Deinde nullo servato ordine, cum terga turpiter verterent, virtutis honestique discessus et cuiusvis rei praeclarae immemores, inter hostium naves dispersi magnam partem haeserunt. Nonnulli clam evasere, cum navigiis elapsi undecim, reliqui omnes in potestatem hostium venerunt. Horum multos Romani suis confecere manibus; complures cum navibus mersos aquis extinxere: Ducum alterum cepere vivum: Indulfus fortim excessit, cum illis undecim navibus: quas qui agebant, subinde facta exscensione, ipsas illico corrupere igni, ne venirent in manus hostium: tum pedibus ad copias, quae Anconam obsidebant, se contulerunt, et narrata clade, extemplo cum illis migrarunt, castris hosti relictis, seque in urbem vicinam Auximum effuso cursu ac tumultuose receperunt. Haud multo post Romani Anconam pervecti, vacua hostium castra occupant, et commeatibus in castellum illatis, inde solvunt: ac Valerianus quidem Ravennam, Ioan-

νας ἀνέστρεψεν. αὕτη διαφερόντως ἡ μάχη τό τε φρόνημα καὶ
τὴν δύναμιν Τωτίλα τε καὶ Γότθων κατέλυσεν.

κδ΄. Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον τῇδε Ῥωμαίοις ἐν Σικελίᾳ V 226
τὰ πράγματα εἶχε. Λιβέριος μὲν ἐνθένδε βασιλεῖ ἐς Βυζάντιον P 634
μετάπεμπτος ἦλθεν, Ἀρταβάνης δέ, τοῦτο βασιλεῖ δεδογμένον,
παντὸς ἦρχε τοῦ ἐν Σικελίᾳ Ῥωμαίων στρατοῦ. ὃς δὴ Γότθους
ἐν τοῖς ἐκείνῃ φρουρίοις ἀπολελειμμένους, ὀλίγους κομιδῆ ὄντας,
πολιορκῶν, μάχῃ τε αὐτῶν τοὺς ἐπεξιόντας νικήσας ἐς πᾶσάν
τε ἀπορίαν τῶν ἀναγκαίων καταστησάμενος ὕστερον ὁμολογίᾳ
ξύμπαντας εἷλεν. οἷς οἱ Γότθοι περίφοβοί τε γεγενημένοι καὶ
τοῖς κατὰ τὴν ναυμαχίαν ξυμπεπτωκόσι περιαλγοῦντες τὸν πόλε- B
μον ἀπεγίνωσκον, ἤδη δυσέλπιδες τὸ παράπαν γεγενημένοι, λο-
γιζόμενοί τε ὡς ἐν τῷ παρόντι δὴ αἰσχρῶς ἡσσημένοι τῶν πολε-
μίων καὶ παντάπασι διεφθαρμένοι, ἤν τις Ῥωμαίοις βοήθεια
καὶ κατὰ βραχὺ ἐπιγένηται, τρόπῳ οὐδενὶ ἀντέχειν αὐτοὺς οὐδὲ
χρόνου ῥοπήν τινα ἱκανοὶ ἔσονται, ἢ ἐπὶ τῆς Ἰταλίας ἑστήξειν.
οὐ μὴν οὐδὲ κατὰ πρεσβείαν διαπράξασθαί τι ἐκ βασιλέως ἐν ἐλ-
πίδι εἶχον. πολλάκις γὰρ ἐς αὐτὸν πρέσβεις ὁ Τωτίλας ἐτύγχανε
πέμψας. οἵ, ἐπεὶ ἐς ὄψιν Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ ἦλθον, ἀνεδί- H 358
δαξαν μὲν ὡς τῆς Ἰταλίας τὰ μὲν πλεῖστα κατέλαβον Φράγγοι, C
ἡ δὲ λοιπὴ ἔρημος ἀνθρώπων τῷ πολέμῳ ἐπὶ πλεῖστον γεγένηται,
Σικελίας δὲ καὶ Δαλματίας, αἵπερ ἀκραιφνεῖς ἔτι διέμειναν μό-

4. τὰ πράγματα εἶχεν ἐν σικελίᾳ L. 6. τοῦ ἐν σικελίᾳ om. L. 13. ἐν om. L. 14. Ῥωμαίοις] ῥωμαίων H. 15. αὐτοὺς] αὐτοῖς L corr. 18. τουτίλλας L. 19. ἐπεὶ om. L. 20. πλεῖστα] πολλὰ Reg.

nes vero Salonas rediit. Haec demum pugna spiritus et vires cum Totilae, tum Gotthorum, maxime contudit.

24. Eodem intervallo Romana res hunc in Sicilia successum habuit. Cum Liberium inde revocasset Byzantium Imperator, Romanis copiis omnibus, quae erant in Sicilia, Artabanem praefecit. Is Gotthos in praesidiis Insulae relictos, oppido paucos, obsedit, et certamine victis, qui erumpere ausi sunt, omnes fame extrema ad deditionem compulit. Territi his Gotthi, et dolore afflicti, quem accepta proelio navali clades attulerat, ad bellum nihil habebant animi, iam plane desperantes, ac reputantes secum, si modo, cum ipsi foede victi profligatique essent, Romanis nonnihil subsidii mitteretur, fieri non posse, ut vel temporis punctum obsisterent, vel in Italia manerent. Nec spes erat, fore ut Augustum ad pactionem aliquam legatione pertraherent. Saepe enim ad eum destinati a Totila Oratores, cum ad ipsius conspectum admissi fuissent, demonstraverant, maximam partem Italiae a Francis teneri; reliquam fere totam bello desolatam esse; Sicilia ac Dalmatia, quae so-

ναι, Ῥωμαίοις ἐξίστανται Γότθοι, δασμούς τε καὶ φόρους ὑπὲρ τῆς ἐρήμου ἀποφέρεσθαι ὁμολογοῦσιν ἀνὰ πᾶν ἔτος καὶ ξυμμαχήσειν ἐφ' οὓς ἂν βασιλεὺς βούλοιτο καὶ τἆλλα κατήκοοι αὐτῷ ἔσεσθαι. ἀλλὰ βασιλεὺς μάθησιν οὐδεμίαν τῶν λεγομένων ποιούμενος τοὺς πρέσβεις ἅπαντας ἀπεπέμπετο, πρὸς τὸ Γότθων
D ὄνομα χαλεπῶς ἔχων, ἄρδην τε αὐτοὺς τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ἐξελάσαι διανοούμενος. ταῦτα μὲν οὖν τῇδε ξυνηνέχθη γενέσθαι.

Θευδίβερτος δὲ, ὁ Φράγγων ἀρχηγὸς, οὐ πολλῷ ἔμπροσθεν ἐξ ἀνθρώπων ἠφάνιστο νόσῳ, Λιγουρίας τε χωρία ἄττα καὶ Ἄλπεις Κουτίας καὶ Βενετιῶν τὰ πολλὰ οὐδενὶ πόνῳ ἐς ἀπαγωγὴν φόρου ὑποτελῆ ποιησάμενος. τὴν γὰρ ἀσχολίαν τῶν μαχομένων οἰκείαν οἱ Φράγγοι εὐκαιρίαν πεποιημένοι τοῖς ἐκείνων περιμαχήτοις αὐτοὶ ἀκινδύνως ἐπλούτουν. καὶ Γότθοις μὲν πο-
P 635 λίσματα ὀλίγα ἐν Βενετίαις διέμεινε. τὰ μὲν γὰρ ἐπιθαλασσίδια χωρία Ῥωμαῖοι, τὰ δὲ ἄλλα ὑποχείρια σφίσιν ἅπαντα πεποίηντο Φράγγοι. Ῥωμαίων τε καὶ Γότθων πόλεμον τόνδε ᾗπέρ μοι εἴρηται πρὸς ἀλλήλους διαφερόντων καὶ πολεμίους οὐ δυναμένων ἐπικτᾶσθαι καινοὺς, Γότθοι τε καὶ Φράγγοι ἐς λόγους ἀλλήλοις ξυνίασι, καὶ ξυνέκειτο, μέχρι μὲν ἂν Γότθοι πρὸς Ῥωμαίους τὸν πόλεμον διαφέροιεν, ἑκατέρους ὧν περιεγένοντο ἐγκρατεῖς ἡσυχῇ μένειν, μηδέν τε σφίσι πρὸς ἀλλήλους πολέμιον

1. ἐξίσταντο L. 2. ἀποφέρειν Reg. ibid συμμαχήσειν ἐφ' ἃς L. 6. αὐτοὺς] αὐτὸ L. 8. ἀρχηγὸς] βασιλεὺς Reg. 10. Κουτίας] σκουτίας H. 12. εὐκαιρίαν] εὐπορίαν L. ibid. ἐκείνων] ἐκείνῃ L corr. 13. γότθους L. 14. Βενετίαις] βενετίοις L. ibid. τὰ μὲν] Legebatur τά τε. 15. πεποίηντο] Legebatur πεποίηνται. 16. Γότθων] τῶν γότθων L. 20. ἑκατέρους] ἔχοντας ἑκατέρους L. ibid. ὧν περιεγένοντο] ὥνπερ ἐγένοντο Reg.

lae restarent integrae, Romanis Gotthos cedere: pro relicta sibi solitudine tributum annuum ac vectigal obtulerant: et in quoscunque vellet Imperator, se belli socios planeque subditos promiserant. At Imperator dicta respuens, Legatos omnes remiserat, Gotthorum nomen perosus, et in animo habens illos ex Romano Imperio prorsus exterminare. Ibi rerum hic status erat.

Paulo ante, Francorum Rex Theodebertus morbo obierat, cum sibi nullo negotio tributaria fecisset nonnulla Liguriae loca, Alpes Cottias, agrique Veneti partem maximam. Etenim Franci, arrepta belli, quo Romani Gotthique erant impliciti, opportunitate, sine discrimine ditionem suam iis locis auxerunt, de quibus illi pugnabant. Venetorum pauca oppida Gotthis supererant: nam Romani maritima, Franci caetera occuparant. Dum hoc bellum ut dixi, Romani Gotthique inter se gererent, nec novos hostes in se auderent excire, colloquio Gotthos inter ac Francos instituto convenerat, ut quae haberent utrique, his quiete potirentur, nec se invicem armis lacesserent, quamdiu Romanis Gotthi bellum

εἶναι. ἢν δέ γε βασιλέως ποτὲ Ἰουστινιανοῦ περιέσεσθαι Τωτίλαν τῷ πολέμῳ ξυμβαίη, τηνικάδε Γότθους τε καὶ Φράγγους διοικήσασθαι ταῦτα, ὅπη ἂν ξυνοίσειν ἑκατέροις δοκῇ. ἀλλὰ ταῦτα μὲν τῇδε ξυνέκειτο. τὴν δὲ Θευδιβέρτου ἀρχὴν διεδέξατο Θευδίβαλδος ὁ παῖς. βασιλεύς τε Ἰουστινιανὸς Λεόντιον, τὸν B Ἀθανασίου γαμβρὸν, ἄνδρα ἐκ βουλῆς, πρεσβευτὴν παρ' αὐτὸν ἔπεμψεν ἔς τε ὁμαιχμίαν παρακαλῶν ἐπὶ Τωτίλαν τε καὶ Γότθους καὶ χωρίων ἐκστῆναι τῶν ἐπὶ τῆς Ἰταλίας αἰτούμενος, ὧνπερ Θευδίβερτος οὐ δέον ἐπιβατεῦσαι διὰ σπουδῆς ἔσχε.

